DE PRIMA

Orbis sede: de Consilio & Ecclesiastica potestate ac de S.D.N.Papæ supræmo insuperabiliq; dominio Opus: per Cyprianum Beneti Aragonen. Ord. Præd. & Sacræ Theologiæ Doct. Parisien. ac eiusdem Theologicæ facultatis Cathedram in Vrbis Gymnasio gubernantem: nuperrime editum.



Ad Leonem. X. Pont. Max.

Accipe sancte Pater uultu/manibusq; benignis
Hoc opus/& tanto numine sumat iter.
Nec breue displiceat/cum corpore plurima paruo
Complectens magni nomen habere queat.
Nam paucis recolit/que sit tua summa potestas
Quam superes cunctos imperioq; Duces.
Et que prima dei Sedes ueneranda potentis
Ecclesiæ numen/Consiliiq; potens.
Sume igitur nostros(nec dedignare)labores
Sit licet in terris munera parua deo.
Sic precor in toto/nil sit prius orbe Leone
Fenicis superans/Nestoreosq; dies.
Lilia sic pariter semper florentia carpat
Et mundus rubeas tollat ad astra Pilas.

3



RE. IN CHRISTO PATRI ET DOMINO
dño Dñico Grymano Patritio Veneto.S.Ro.Ecclię Card.
ac Aquileñ. Patriarchę optime merito/ Auctor perpe-
tuam fœlicitatem D.

CVm his proxime decursis Mensibus Pater Reuereñ. *Sa-*
crosanctã Ro.Ecclesiã/uel potius totũ Terraꝝ orbem tu
multuantẽ/ armisq; cõcussum aspicerẽ: uestrũq; sacratissi
mũ ordinẽ aliqua in pte offensum:& fideliũ conuocationẽ(quod
Conciliũ uocãt)decretã/atq; inchoatã intuerer/nõ potui me cõ-
tinere quin aliquoꝝ cõmoditati hmõi in rebus nřo studio suc-
currerem/atq; opitularer. Etsi multos alios id ante fecisse/atq; his
de rebus plurimũ scripsisse/& nõ parũ profuisse sciebã:tamẽ eos
uel nimiũ prolixos ac dispsos/uel satis restrictos ac ieiunos cõpe
riẽs/ ut uel lõgo studii labore eoꝝ sensus/hic breuitate/ille copia
uix pcipi ac cõtineri posset. Operepretiũ iudicaui si tanq̃ mediũ
inter utrosq; secutus/hinc prolixitate semota/ hĩc breuitate opor
tunis ac necessariis ampliata locis & ad mediũ redacta/de Eccle
siastica ac Pontificali ptãte conscriberẽ: feci/quoniã res litteraꝝ
digna/& multis profutura uidebat̃. Quid enĩ dignius/aut cõdu-
cibilius/q̃ his de rebus scribere: qbus omnis nřa fides defendit̃/
auget̃/illustrat̃. Sed ut oĩum utilitati propius prospicerẽ: has no
stras lucubratiões (qualescũq; sint)in uulgus emittere statui. Ve
rũ cũ eas inscribere ac dicare Scriptoꝝ more statuerẽ/reperi ne-
minẽ: quẽ D.T.R. nõ modo anteferrẽ: sed ne cõpararem quidẽ
nec merito/nam aliquem qui in Phisicis & Theologicis discipli
nis tuę D.R. comparari possit comperi nusquam. Quid bona
rũ disciplinaꝝ eruditionẽ atq; uigilantiã cõmemorẽ satius mihi
duco silẽtio pretercũdũ q̃ paucis pstringẽdũ. Proinde cũ his tãtis
uirtutibus D.T.R. pdita sit/ubi degẽtiũ quoue in loco nřę lucu-
bratiões/licet exiguę/sedẽ potuere sibi firmiorẽ pstãtioręq; elige
re atq; uendicare/q̃ apud D.T.R. tot uirtutibus/tantaq; doctrina
pfulgentẽ haud uidi. Dignare igit̃ Pr R. hoc opus tibi tãq̃ Theo
logoꝝ potissimo dicatũ suscipere: Religiosumq; tuũ Cyp. inco
lumi T.D.R. pro ualitudine ad ĩmortalẽ omniũ reũ opificem
praeces quoad superstes erit effusurũ certo tene. Et uale.

QVESTIO

Theologalis ſub hac uerborꝶ forma cũctis xp̃i cultoribus proponitur.

¶Vtrum Leo.X.Pont.max.illa pleniſſima poteſtate: quam a Deo ĩmediate ſuſcepit: ſupra Collegium & uniuerſale Concilium Eccleſie ſupremus exiſtat: omnem temporalem ſuperans poteſtatem?

Conclu.i. ¶Sicut mundi ſaluator xp̃s/eccleſie gentium ſuper omne & quodcunq; ab eterno patre ducatũ & ſceptrum accepit: ut ei celeſtium/terreſtrium & infernorꝶ cuncta curuentur genua: Sic & beato Petro/& eius ſucceſſori Leoni Pont. Max. in quo regalis & ſacerdotalis poteſtas fulget (que una in omnibus) Ro. Pont. etiam malis ſingulariter elargitur: quod ſummũ eſt & plenum totũ cõmiſit eidem.

Correl.i. ¶Cum omnis poteſtas ducum & Principũ temporalium ſit S. ſue in miniſterium attributa: ſpirituale quoq; quodcunq; corporale gubernare naturaliter neceſſe ſit: ab eius dominio leges dependent: & ſua ſuſcipiunt ſtatuta uigorem: ab eo quoq; illorum poteſtas reſtringenda aut ampliãda uenit.

Correl.ii. ¶Sicut nullus poteſt intrare ad celeſtem curiam niſi Sanctitate ſua mediante (que eſt eterne uite Conſiſtorii clauiger & hoſtiarius: & ſicut appellare ad ſeipſum nemini ꝑmiſſum eſt: ita a Papa ad deum neq; ad uniuerſale Concilium iuridica appellatione nemo poteſt: quia neminem recognoſcit in terris ſuperiorem.

Conclu.ii. ¶Quicunq; enim ſublimẽ S. ſue potentiam uiolenter: aut quouis alio modo uiolare aut reſtrin

gere contendunt (que potius est ab omnibus re uerenter exaltāda) ut diuine ordinationis transgressores deprimi debēt per eandē atq; puniri.

Correl.i. ¶ Igitur Sanctitas sua ut spiritualis homo quem Paulus enumerat / oīa uniuersaliter iudicās / ipse uero nec a Concilio uniuersali quod decretū irritans aduersus eam condere nequit / licet bene quādoq; reuerēter & caritatiue admoneri & hortari ab eodem possit: tamen ab aliquo citra deū iudicari non potest.

Correl.ii. ¶ Et sicut Apostoli sine xp̄o nihil poterant facere: ita uolentes inscindere uestem Christi incōsutilem & contextam per totum.i. Ecclesie integritatem / unitatem & pacem / grauiter offendūt & absq; ea nihil possunt nisi errare.

Cōclu.iii. ¶ Quippe ne excellentissima S. sue auctoritas in qua ipsa fundat Eccl'ia & uniuersalia Cōcilia ab eo solū accipiūt ptātem: qd a nullo reprimi pōt aut restringi nec magis āpliari / nisi a Deo nedū sctōꝝ patrū testimonio: sed diuina & irrefragabili snīa corroborari pōt. Ad quoꝝ quidē statutoꝝ obseruantiā minime pōt coarctari: cū oīa iura in scrineo sui pectoris gerat: & sit sup illa.

Correl.i. ¶ Defecerūt qdā scrutātes scrutinio: errauerūt a pricipio: & locuti sunt falsa Cōcilia uniuersalia Eccl'ie: asserentes nō a Papa sed a xp̄o imediatā suscipe auctoritatē: & absq; Ro. Pont. assistentia & uoto cōuocata & cōgregata etiā si forent.

Correl.ii. ¶ Quā grauiter etiam offendunt: qui neglecta Apostolice sedis consultatione hmōi Concilia conuocare contendūt: que potius conuenticula appellari debēt: & in illis grauissimas materias diffinire: ac ab aliis etiam obseruari precipiunt.

Cōclu.iiii. ¶ Sicut fide tenendum est q; ptās tua Bt̄ bẗissime est suprema in Eccl'ia: & constituit te deus Principem sup omnia regna mūdi: illa posse restrin

gi aut auferri ab aliqua temporali que nõ habet superiorem nisi eternã Imperiali aut Regali in dignũ est profiteri sicut dicere S. suã habere plenissimã iurisdictionẽ etiã coactiuã sicut xp̃s habuit (& sic est) & illam non posse ad sui libitum exercere contradictionẽ implicat manifestam.

Correl. i. ¶ Vnde cũ Ro. Pont. sit oĩum spiritualiũ & temporaliũ dñs eminente eccl'ie necessitate aut pro incremẽto aut exaltatione eiusdẽ & fidei a p̃latis eccl'iasticis & ab aliis pro officiorum & benefitiorum collationibus aliquã summã pecunie / licet absq; canonice simonie incursu accipe possit / id nulli alteri absq; grauissimo pctõ est pmissum.

Correl. ii. ¶ Quã quidem simoniã si ad Romanorum Pont. electionẽ radicemq; eneruandã quisq; forte reduceret (cũ eadẽ ratio esset de omnibus) caput & p̃tãtem Ecclesie militãtis seu claues amputasset & excluderet: aut per magna tpa corpus Ecclesie mixtũ monstrũ aut sine capite fuit & clausum pmansit celũ inferno semp aperto: quod taceri absurdissimũ esset: etiã cum ex iniquo principio conflata sit quandoq; salutaris religio.

Conclu. v. ¶ Cum diuersitas statutorum nequaq̃ in contrariũ esse censeatur: si diuersitas locorum & temporum uarietasq; personarũ quibus distributa sunt recte pensent / Pont. Max. differre Conciliũ: ducatq; ad aliquod tempus rationabiliter differendum (quia ei solum incumbit) nõ est profecto indignũ: in quo crimine heresis ppriissime sumpte dempto: pro nullis aliis criminibus de quibus potest absolui: ideo adimi sibi potestatem nullo potest iure uideri: imo si qua dissentio in materia fidei occurreret: in ea sue potius sententie & determinationi standum est.

Correl. i. ¶ Cum bonum cõmune & precipue totius mundi bono particulari sit preferendũ & ad tempus

tollerãdum ueniat/ quod diuina iustitia tollerat (sm q̃ iuxta merita uel demerita plebiũ corda fideliũ disponũtur) non tantũ Sanctitatem Electores quantũ persone prouidentiã & sapientiã respicere quandoq; tenentur: Sed studiosum uirumq; litteratũ/ & litterarum amatorem eligere sanctius est.

Correl. ii. ¶ Cum Theologalis scientia primatũ inter alias scientias a Deo obtineat: & maxime per illam Ecclesiastica hierarchia illustretur: sitq; suum de fide & de potestate summi Pont. disputare/ inter Theologum & Iuristam/ ceteris paribus/ Theologus magis preferendus esse uidetur.

Cõclu. vi. ¶ Nõ afferentes stateras dolosas ut appẽdamus quod uolumus/ dicẽtes pro arbitrio nostro/ hoc graue/ hoc leue est: sed afferimus duntaxat diuinam staterã de scripturis sacris/ tanq̃ de thesauris dñicis: & in illa tantũmodo quid sit grauius appendeñ. Sanctorum innitimur expositionibus: & sacrosancte Ro. & aplice Ecclesie saniori determinationi & dictis nos humiliter submittendo/ Ocham & eius discipuli Iason/ sicut & gesta Constantieñ. Concilii & precipue Basilieñ. in hac parte nõ multũ ponderantes: pro exaltatione Ecclesie solũ eiusdem sponso xp̃o cooperante/ ore & scriptis has ueritates/ & omnẽ questionem affirmare & uentillare temptabimus.

Correl. i. ¶ Et ueritate imperante/ & magis nobis amica (cum pace & reuerentia aliquorum Magistrorum nostrorum ore & non corde oppositũ ut existimo obseruantiũ loquar) amplissimam Catholice & Apostolice sedis potentiam minime coarctari posse: & suas questiũculas per has nostras assertiones penitus eneruari uident: & nullum Ducem aut Principem tantũ posse seruire Ecclesie Ro. quin magis teneatur/ etiam de condigno.

Correl. ii. ¶ Cum Ecclesia ap̄lica mater omniū fidelium & magistra Deum precipuū habeat Protectorē: Pro cuius libertate & manutentione Leo Pont. Max. post terribiles aggressus / & preclara heroi caq; facinora eterno cōmemoratu dignissima: & caput eiusdē: & Deus in terris congrue effici meruit. Huic quidem Ecclesie tantā tribuit christus auctoritatē: ut diuus Augustinus eius Euangelio (nisi ipsa impellente) non crederet: Que insuperabilis & terribilis ut castrorum acies ordinata / suos ad celum eleuans / rebelles & inobedientes ad infernum deducit.

¶ Correlarium responsiuū est titulus questionis pro omni sui parte affirmatiue tentus.

¶ Et si tempore fe. re. Iulii Pape Secundi / S. tue predecessoris sequens impressum sit opus: in eo tñ quicquid de illius animi strennuitate / & zelo / & maxime de Papali & Pontificia dignitate referimus / totū eminentissime supreme tue obtulimus Maiestati: sub eiusdem S. tue emenda & castigatione benigna.

Relictis & obmissis prohemialibus filarteriis (que fastidiosa uidentur: & ab opere speculatiuo alienissima existunt) Spiritu sancto cooperante: ut ueritas que de celo orta est magis ac magis elucescat: que sola nos mouet / fouet & custodiet hincinde inductis rationibus Peripateticorum & Theologorum more procedimus. Scripsimus autem hec tenui stilo: quia ut ait Augustinus cōtra Manicheū Non ornato politoq; sermone: sed rebus manifestis conuincenda est uanitas aliquorum.

¶ Contra Prime Conclusionis fundamentum arguitur primo sic. Filius dei nihil accepit a Patre / ergo nihil potuit conferre Petro. Cor. sequentia nota est. Antecedens probatē: qa si aliquid: hoc esset uel deitatis / uel eternitatis / uel potentie:

sed nullum istorum: Igitur. Minor patet per illud Athanasii Ita deus pater/ deus filius/ deus spiritus sanctus. Et/ Eternus pater/ eternus filius/ eternus spiritus sanctus. Similiter: Omnipotens pater: omnipotēs filius: omnipotens spiritus sanctus. ¶ Secundo arguitur sic. Xp̄s non exercuit ducatus officium: nec portauit sceptrum: & non fuit nisi in Iudea & Hierusalem: & in partibus illis: ergo non super omne & quodcunq; talem habuit potestatē. ¶ Tertio arguitur sic. Genua terrestriū non curuantur: imo eriguntur contra eum: ut Infidelium & hereticorum: qui negant ipsum esse Deum: uel non assumpsisse uerū corpus: sicut Manichei: similiter contra beatum Petrū retrudentes illum in carceribus: multo minus successori suo: cū multas & uarias terras uideamus rebellare aduersus eum: ergo conclusio est falsa. Et confirmatur: quia genua curuare est humiliari & inclinari coram eo: quia nō loquitur de genu tibie aut materiali notum est. ¶ Quarto arguitur sic. Christus non saluauit mundum: igitur non est saluator mundi: consequentia tenet: añs probat̄: qa maior pars mūdi remansit in infidelitate: ut pagani & agareni multi: Et confirmat̄: qa si saluasset mundū maxime fuisset in instanti sue mortis qñ Sol fuit obscuratus: & petre scisse sunt: & multa corpa sctōrum resuscitarūt: sed hoc nō: qa solū remāsit fides in beata uirgine: quia alii discipuli sicut corpore sic & mente fugerūt & fuerūt dubii ꝙ esset deus & homo: & sicut ista consequentia nō tenet: homo est albus ꝺm ptem ergo homo est albus: sic in ꝓposito: Xp̄s saluauit ptem mūdi .s. fideles: ergo xp̄s est mūdi saluator. ¶ Quinto arguit̄ sic. Xp̄s uenit saluare oues que perierāt ex Israel: & Cananee que erat ex gentibus dixit: Nō est bonū sumere panē filii hoīum & dare canibus. ergo uī ꝙ nō accepit talē ducatū aut sceptrū sup ecclīa gētiū nec oē & qdcūq; dedit ei. ¶ Sed in cōtrariū sunt mlta sctōrum decreta: & p̄sertim illa Cōcilii Ephesini: & etiā auctas Sirilli p̄triarche Alexādrini: qui sic ait in li. thesaurorum: Sicut xp̄s accepit a p̄re ducatum & sceptrū ecclesie gentiū ex Israel egrediens sup omne & quodcūq;: ut ei genua cuncta curuent̄: sic Petro & eius successoribus plenissimā cōcessit ptātem.

PRO SOLVTI

one ar. est notádū primo/ꝙ in ꝓposito ducatus & ſceptrū nō capitur pṕoprie ſed methaphorice pro quadam preeminentia dominu ſeu poteſtate/quā Xp̄s a patre ſuſcipiens dedit Petro Apoſt & ſucceſſoribus eius/nec accipere aliquid ab aliquo aut eſſe dicit prioritatē ſimpliciter aut in perfectionē / nā filius eſt a patre/& oēm ptātem accepit ab eo iuxta illud. Math.ultimo data eſt mihi ois ptās in celo& in terra/& tñ non eſt maior eo nec prius:quia in illa perſonaꝝ trinitate nihil eſt prius neqꝫ poſterius ēt origine/ ut bñ probat Greg.Here. in.1.ſen. nec maius aut pfectius / & quo ad clauiū ptātē & exercitiū illaꝝ ueri ſucceſſores Petro non ſunt minores & habent illam eandem quā Xp̄s habuit ut Vicarii eiuſdem/nec iſta ꝯña tenet iſte habuit aliquid qd nō habuit alter & fuit alius ab eo/ergo eo pfectus eſt: nā filius in diuinis habuit ſiue aſſumpſit humanitatē & factus eſt homo/natus/paſſus. &c. & nō pater uel .ſſ. ergo eſt eis pfectior uel maior.nec ſequit/eſt minor pře ſm hūanitatē/ergo eſt minor/ qa arguit a dicto/ſed quid ad dictū ſimplr.

¶ Secundo notandū eſt/ ꝙ habere plenıſſımū poſſe ſeu poteſtatem ſuper aliqua re cōtingit dupliciter. Vno modo in actu. Alio mō in potentia uel uolūtate/primā nō habuit ꝗ ipſe xp̄s exercuit/nō tñ ſimpliciter/ quia nō eripit mortalia qui regna dabat celeſtia & ſtatum perfectionis maxime oſtebdens/ſed ſi uoluiſſet feciſſet/ quia poterat eminentiſſime/& ſic habuit ſecundo modo/& eā tribuit ſucceſſo. Petro & ſuis uicariis uult pro loco & tpe eam exerceri etiam coactiue/ quia ois potentia etiam naturalis data diſpoſitione debita non poteſt non reduci ad actum/quia fruſtra eſt potentia que nō reducitur aut reducibilis eſt ad actum/nō itaxp̄m ſaluatorē mundi arbitramur contuliſſe ſuā ptātem beato Petro & ſucceſſ.ut uelit eam ī ipſis fruſtrari/& ad actū qñ oportet/& precipue intra ſuum ouile & fideles non poſſe reduci/quia imperfectionis eēt ꝙ in deo minime cadit/cū hoc nec ipſa natura pmittat. Vnde deus & natura nihil faciunt fruſtra.3. de anima. Impeditur tamen de per accidens/ ut ignis applicatus ſtupe non poteſt non cōburere ſimiliter uirtus ſolis applicata niui non poteſt non liquefacere

& nunq̄ cōburitur lignū nisi prius humiditas expellatur / sic in ppositō papa producit effectū ptātis clauiū in aplicatos sibi per ueram obedientiā / & nō in infideles hereticos & rebelles / quia nimiū distant corda eoꝝ ab eo / & nolunt / immo renuunt intellectum suū captiuare in obsequiū catholice & apostolice ecclesieq̄ Ro. obduratū est cor eoꝝ / & nolunt intelligere ut bene agant / nō igitur eidem auferūt dispositionē & amplissimā clauium ptātem / seu tale dominiū / sicut nec in naturalibus distantia pacientiū aufert effectū formalem ipsius ignis naturaliter agentis / & eodē modo dicendū est de Christo qui fuit uniuersalis redemptor / tñ totus mūdus nō fuit redemptus / quia posuit obicem per infidelitatem & inobedientiam & obscuratū cor eorū noluerunt uidere lumen ad reuelationem gentium & gloriam plebis israel / obturauerunt aures eoꝝ ne audirēt uerba seruoꝝ dei / sicut prophetāꝝ / patriarchāꝝ / & apostoloꝝ / quoꝝ sonus exiuit in oēm terram & in fines orbis terre uerba eorum

¶ Et ex oibus istis infertur / q̄ nullus antiquoꝝ p̄boꝝ & paganoꝝ quoꝝcunq̄ per ignorantiā ab errore suo potest / nec unq̄ potuit excusari / & per ꝯñs fuerunt damnati / & est catholica sententia diui Hieronymi & multorum sanctorum & filii ade unde succedunt / aliis sufficienter enunciarunt similiter patriarche & prophete & Christus uerus deus & homo ac apostoli sui & discipuli / & sic consequenter. unde nunq̄ in ipsis inuincibilis cadit ingnorantia / nec recte sentiunt oppositum opinantes / dico de fide & ecclesia extra quam aliquē posse saluari est impossibile & facientē q̄ in se est nunq̄ permittet deus sic errare / quoniā noluerunt intelligere / ut bene agerent / in omni tempore sufficienter uia salutis ostensa est illis.

¶ Tunc respondetur ad argumenta ad primum negando antecedens / quia filius a patre solo est / & ex substantia illius & totum esse filii accepit ab eo / & ad probationem negatur consequentia sicut in creaturis demonstrato patre & filio eiusdem speciei & eiusdem potentie / non sequitur / unus est homo sicut alius / & ita potens / ergo non accepit aliquid ab alio.

¶ Ad secundū dicitur / q̄ hoc habuit in potentia & in libertate sua / & illa nomina capiuntur metaphorice / & ut dictum est / & sic negatur consequentia.

¶ Tertium uero soluitur ex dictis & negatur consequentia / &

ad rigorem ulterioris consequentie dicitur/ q non est simile/ nec sic arguitur in proposito sicut non sequitur demonstrato uno bono magistro & docto/& sicut sepe uidimus/ hic mgr nō habet discipulos/ergo nō est magr/& alie instātie dari possent.

¶ Quartum iam solutum est ex dictis/quia ipsi obicem posue runt & ex defectu eorum prouenit/& eodem modo dicendum esset de illa portione uniuersi & hominum qui non obediunt sedi apostolice/& precipue de aduersariis illius & sese opponen tibus aduersus papam sicut & Romani & gentiles tunc restite runt beato Petro & crucifixerunt eum/nihilominus ille erat ue rus & indubitatus papa & princeps mundi/sicut & quilibet suc cessor eius rite & canonice electus/in quem transit illa eadem potestas quam tribuit Christus Petro: Sed dices contra / quia non habetur ex aliquo passu expresso sacri euangelii/ergo non dedit eam successoribus/non ualet consequentia/quia arguitur ab auctoritate negatiue/ sicut non sequitur non est scriptum q scribo/ergo egō non scribo / potest tamen dici q istud postea reuelatum fuit eidem/quatenus succederent per electionem/ & ultra oues fideles sine dño non debēt esse nec sine pastore/nec mundi principatus sine principe/& istum modum uoluit Chri stus uoluit forte occultare Petro/qui dimisit Clemeutē in suc cessorem. Nec illud obstat/licet Petrus esset sapientissimus & reuelauit istud de Clemente discipulis & ipso minoribus iuxta illud/Que abscōdisti sapientibus reuelasti ea paruulis quē apo stoli & discipuli Christi non susceperunt in talem/ sed de ista materia latius dicetur infra circa titulum questionis/& hec pro prima parte & fundamento prime cōclusionis dicta sufficiant.

CONTRA SE

cundam partem conclusionis que est ista/q potestas sacerdota lis & regalis fulget iu Iulio. II. Pont. Max.

¶ Arguitur primo sic/ista sunt contraria/ergo non cōperiun tur in uno subiecto/añs patet/quia effectus unius est militari ar mis materialibus & corporalibus. pro Repub. utpote regalis/ effectus uero alterius est militari spūaliter cū lacrimis & oratio nibus iuxta illud Ambro. arma militie nostre sunt orationes

& lacrime/& loquitur de effectu clericali & sacerdotali. igitur & confirmatur/quia semper uidemus diuersas personas & non unam gerere hu' oi officia/pña patet/quia duo contraria in eo dem subiecto esse non possunt. ¶ Secundo arguitur sic/Xps non fuit rex iuxta illud Io.18. Regnum meum non est de hoc mundo: Si enim ex hoc mundo esset ministri mei uticp decertarent ut non traderer iudeis/nec regalem exercuit facultatē: ergo eam nō contulit Petro nec successi.eiusdem .pña patet/ qa nemo dat quod non habet: & confirmatur/quia habitus exteriores regis & pont.'ūt diuersi/ergo & interiores oppositi sunt. ¶ Tertio arguitur sic.In lege ueteri tribus leuitica ex qua creabantur sacerdotes & tribus iuda/de qua ortus est Xps/ & de q̄ creabantur reges erant distincte poten/ergo papa non habet regalem ptātem patet pña quia ptās pape figurabatur in istis/& confirmatur quia de tribu iuda nihil de sacerdotibus locutus est Moyses/ut dicit Apost. ad Hebr.7.

¶ Quarto arguitur in papa gerente uicem xpi non fuit illa ptās regalis/igr.pña patet/ ans probatur/per illud q' scribit Io. 6. q' cū cognouisset Ihs/quia uenturi erant illi hoies quos pa uere t ut reciperent eū & facerent eum regē fugit in montem/ igitur Confirmatur/ quia cessit dominio regni.

¶ Quinto/Papa nō utitur tali ptāte regali/igr illā nō habet.

¶ Sexto/Regnum celorum & terrenorum ex opposito diuiduntur sicut spūale & corporale/ergo pa. nō habet temporalem seu regalem po. ans patet/ pña probatur per il.Mat.16.7 ibi dabo claues regni celorum nihil de terreno dixit Xps Petro.

¶ Septimo/Xps nō habuit illam iux.il Luce.12. quis me constituit iudicem aut diuisorē super uos ? quasi dicat/ nullus.

¶ Octauo/ Qn̄ dixit Mat.22.reddite que sunt Cesaris cesari/ &que sunt dei deo.Visus est ponere distinctionem/ergo istam ptātem non habuit cū sacerdotali intermixtā.

¶ Nono/Lex Imperatoris antiqua dicit oppositum .s.q' papa solū curet spiritualia & diuina/igit. pña patet per il.Prouer.22. ne transgrediaris terminos antiquos. ¶ Decimo argu.t sic per il.apo.ad Tit.2.Nemo militās deo implicet se negotiis secularibus. ¶ Vndecimo contrariorum fm p̄hm/ &.ff. de his q̄ sunt sui uel al. iuris.l.2.§.uidemus/eadem est disciplina/ sed iudex non se debet dico secularis/intromitere de spiritualibus/

ergo nec econuerso/ut in ca. decernimus de iudiciis.

¶ Duodecimo istud repugnat Aposto. dignitati que maxime debet esse pfecta/& papa singulariter dicit Apostolicus. igit. & confirmatur per illud quod scribitur Ma.19. si uis perfectus eẽ. Vade & uende oia que habes & sequere me/ & sic uidetur q̧ solum in spiritualibus & non in temporalibus habeat potestatẽ/ ergo non regalem/quia arguitur ex his a destructione superioris ad destruct. inferioris / quia bene sequitur / nullam habet pecuniam/ergo non ducatum uel Iulium habet/sic in proposito nullam habet potestatem temporalem/ergo nõ regalẽ.

¶ In contrarium est laudabilis cõsuetudo ab auctoritate euangelii orta & ratio / quia papa cõsecratur ut sacerdos/ coronatur ut rex/& fit festũ & magnus triũphus in urbe de huiusmodi tã digna coronatione/ratio quia gerit uicem xp̃i in terris/sed xp̃s habuit talem potestatem/ ergo & papa/antecedens notum est & minor probatur tripliciter .s. q̧ habuerit eam .s. in incarnatione/ in eius conuersatione / in passione / & resurrectione. Primũ patet / quia per filium sacerdotis .s. Io.bap. suum aduentum in carnem uoluit nuntiare. Secundo patet/per Hieron. super Mat.c.17. dicentem/q̧ dñs filius regis erat/quia sm humanitatem ex Dauid ex stirpe erat generatus/sm uero diuinitatẽ oipotentis patris erat uerbum/ & ideo tanq̃ regum filius tributa soluere non debebat. Vnde manifeste cõcluditur q̧ erat rex & sacerdos/& Aug. dicit in lib. de consensu euang. q̧ Christus erat rex ꝓpheta & sacerdos. Legitur etiã in autenticis historiis qualiter fuit electus per sacerdotes templi in sacerdotem in hierusalem / & propter obitũ alterius sic q̧ sciscitãtes intra se sacerdotes templi & mirantes de eius uite sanctitate & excellentia/ & quia sepissime in templo ipsum orantem & mirabilem sanctimoniam ostendentem uidebant/dignum duxerunt ipsum pre aliis debere eligi in sacerdotẽ & sciscitantes & diligenter q̃rentes cuius filius esset quia neminẽ illegitimũ admittebant inuenerũt .B. Mariam esse inuiolatam uirginem & ipsum esse filiũ dei/ prout ipsa etiam dixit illis & inter alios sacerdotes templi fuit & cõperitur scriptus & predictum mysterium occultũ uoluerunt. Vnde constat xp̃m gloriosum sacerdotem fuisse & dignitas sacerdotalis maxime enituit in ipso/quia perfectus deus & perfectus homo erat/& de eo scribitur Psal.109. Tu es sacer-

dos ineternum fm ordinem melchisedech.

ℭ Secnndo hoc ostensum fuit eminente tpe benedicte passionis sue de renerentia sibi exhibita ab omnibus sedenti super asinam & pullum/dicentibus Osanna benedictus qui uenit in nomine domini. Et uaticinium Zacharie inductum est per Math. dicenté.c.9. Ecce rex tuus ueniet mansuetus sedens super asinā & pullum/ptātem uero sacerdotalē ostendit quando se obtulit in ara crucis in sacrificium & ostiam/ut bene declarat Aug. in lib. de ciuitate dei.c.14. & lib 4. Tum etiam quando ipse dixit. Nunc princeps mundi eiicietur foras & ego si exaltatus fuero omnia traham ad me ipsum/ & locutus fuit de exaltatione per crucem & de principe mundi lucifero/ quia omnes erant filii ire: Vnde ipse qui est ueritas incarnata & infallibilis dixit Math.ult. Data est mihi omnis ptās. s. sacerdotalis & regalis in celo & in terra/qui omnia dicit nihil excludit/hanc potestatē sacerdotalem etiam ōndit in.ss. datione qñ dixit Io 9. Accipite spm̄ sanctū quoꝝ remiseritis peccata remittentur eis/ regalē uero eminentissime ōndit tpe resurrectionis postq̄ inferni claustra penetrando suos captiuos redimens diabolo spoliato & inferno multis corporibus sanctoꝝ resurgentibus cum ipso & accepto de oste triumpho introierunt in sanctā ciuitatē/ & cantat ecclesia/propterea filie Hierusalem uenite & uidete martyrem cum corona/&c. & per ista patet probatio minoris.

ℭ Sed pro solutione aliquoꝝ argumentoꝝ notandum est primo/ꝙ fm Aug. regnum Christi super quo regnāt fideles eius sunt credentes in eum quibus dicitur uos de hoc mundo non estis/quia si de hoc mundo fuissetis mundus quod suum est diligeret: Christus aūt non dixit regnum meū non est in hoc mundo/quia certum est quoniam in hoc mundo & in alio regnat super fideles suos hic per gratiam & in futuro per gloriā hoc dixit non est de hoc mundo/quia de hoc mnndo est quicquid homini est a deo creatum & exuiciata stirpe ade generatū sed iam factum est regnum non de hoc mundo quicquid de de ipsis hominibus per ipsum xp̄m regeneratum est/ dicente apostolo eripuit nos de potestate tenebraꝝ/& transtulit nos in regnum filii charitatis sue. Et potest dici fm Chrisost. ꝙ regnum Christi non est de hoc mundo/quia non fuit modo mundano sicut sunt alii reges qui ex fortitudine ministrorum acci-

piunt potefttem regnandi/ipſe autem regnando ſuper ſuos ſibi ipſi ſufficiens eſt/nullo alio adminiculo indigens/ & ideo cete ris regibus perfectius regnat.

¶ Secundo notandũ eſt/ꝙ cum aliquid eſt in ſuperiori & inferiori & in principali agente & miniſtro & in inſtrumento perfectius eſt in principali agente etiam naturaliter/poteſtas ergo regalis & in papa & in aliis regibus & principibus mundi/nobiliori modo tamen & excellentiori eſt in papa ꝙ̃ in eis quia in papa eſt per confirmationem & diſpoſitionem atqꝫ correctionem ipſoꝝ/in eis aũt per executionem & adminiſtrationem.

¶ Ad argumenta ad primũ dicitur/negando añs/& ad probationem dicitur primo/ꝙ ordinantur ad unũ finem .ſ. ad bonũ eccleſie uniuerſalis & militantis & in miniſteriũ ipſius que nõ ſolum corroborari debet armis ſpiritualibus ſed etiam materialibus aduerſus rebelles & infideles uolentes eam ſubuertere ꝙ̃ eccleſia in ſe nullam patitur contrarietatem/quia in unitate .ſſ. congregata & in fide & charitate & ſpe fundata & ſolidata/ & ſm Apo. nulla tribulatiõe aut aduerſitate diuelli poſſunt ueri fideles a charitate xp̃i & ſcti per fidem uicerunt regna operati ſũt iuſtitiam adepti/ ſunt repromiſſiones in Chriſto Iheſu dño noſtro. Secundo dici poteſt ꝙ oĩa regna mundi & omnis poteſtas tam regalis ꝙ̃ ſacerdotalis ordinatur in deum & fideles omnes ad regnandum cum Chriſto inducant & in hoc ordine ꝙ̃tum eſt de ſe nulla eſt contrarietas/& preſertim reſpectu finis ꝙ̃ eſt eterna beatitudo ꝙ̃ conſiſtit in caritate pfecta in illa eccleſia triũphanti & ſuper celeſti ad quam ordinatur iſta. Sed dices contra quia ſunt multa regna paganoꝝ & infideliũ que nõ ordinantur in deũ nec poſſunt extra unionẽ eccleſie militãtis ſaluari. Dicitur ꝙ iuſtd eſt de peraccidens/quia nolunt audire nec intelligere ut bene agant/cõparati ſunt iumẽtis & ſimiles facti ſunt illis/quia nolnnt obſeruare legem Chriſti/que eſt omniũ actuũ humanorum regulatiua & recte ad celum inductiua. Lex inquit Pſal. domini immaculata conuertens animas teſtimonium domini fidele ſapientiã preſtãs paruulis quos Chriſtus ĩ euãgelio uocat ad ſe ſinite puulos fideles .i. filios meos uenire ad me/ipſoꝝ eſt enim regnum celoꝝ/poſſet etiam dici/ꝙ ordinantur in deũ qa diuine iuſtitie effectus ꝑ triũpho fideliũ uiget

in eis in inferno per afflictionem penaꝝ/ & sic sunt diuine iusti tie instrumentum & ex patre diabolo sunt/ nō solum illi sed etiam rebelles Ro. & apost. eccl. & extra unionem illius in peccato mortali descedentes grauius punituri/ quia magis ingrati sunt de gratia beneficioꝝ & sacramentorum quam a xp̄o in eccle sia susceperunt. Ceteris paribus. Et ad probationem con sequentie dicitur ꝙ uerum est simul in eodem tempore secundum actum sed quando unum est in potentia & aliud in actu & respectu diuersorum secus est.

¶ Ad secundum Ar. dicitur negando primā partem antecedentis .s. ꝙ non fuit Rex & ad auctoritatem dictum est supra in primo notabili quomodo debet intelligi/ & ad aliam probationem dicitur ꝙ talis abituum & ornamentorū diuersitas non obstat quia possunt mutari absq; detrimento seu diminu tione dominii / & quandoq; .b. Petrus arma portauit/ nec abi tus facit monachum sicut nec cathedra Episcopum/ & ꝙ actus ꝓprie non sint oppositi ut sic dictū est supra in solutiōe primi.

¶ Ad tertium negatur consequentia & ad probationē dicit negando ꝙ figuraretur proprie sacerdotium & dominiū xp̄i per ordinem leuiticum sed magis per sacerdotiū & dominiū Melchisedech q fuit simul Rex & sacerdos. Vnde dicit Apo. ad hebre 7. hic est enim Rex Salem & sacerdos dei summi.

¶ Ad .4. negatur consequentia/ & ad confirmationem dicit ꝙ xp̄s fecit hoc ut sederet regno dato sibi per homines/ quia noluit rex per homines fieri qui regnum dabat hominibus/ ut dicit Augu. Vel etiam posset dici ꝙ Pe. dedit illam potestatē temporalem quando comitens sibi oues suas contulit sibi & eclaues regni celorum/ ergo afortiori &c. Cui datur maius ergo minus & xp̄o data est omnis potestas in celo & in terra Math. ultimo. uel istud fecit propter nostre humilitatis exemplum/ quia ex defectu nature nimium superbit homo/ & ideo a conterendum & humiliandum ceruicem nostram & elationem ut agnus coram tondente se non aperiēs os suum saluator mundi exinaniuit semetipsum/ & humiliatus est usq; adinominiosam mortem crucis ut humiliemur corā ipso in omni tempore & terrena spernentes tendamus ad celestia solum ac summitentes cōlla iugo ipsius ipsum regem angelorū sequi conemur/ & Io. 3. Non enim misit deus filium suum ut iudicet

mundum/sed ut saluetur mundus per ipsum/ & ideo expleto sacramento passionis & resurrectionis cōmisit Petro regimen ecclesie totū ꝙ necessariū erat ad regimen totius ecclesie/& per cōsequens de electione successoris pape ut anūtiaret aliis & posteris uerisimile est/nā sine capite regi non poterat. ℭ Ad quintū negatur añs quia ipsa utitur tanꝗ ancilla & ministra sua/ qñ oportet nisi principes temporales resistant hoc de per accidens & inique agunt & precipue ubi eam exigit pro augmento spiritualis potestatis .s. pro dilatatione fidei & ecclesie militantis cuius est caput & maxime pro defensione & tuitione eiusdem cōtra hostes & rebelles ipsius/& ad recuperationē bonoꝝ suoꝝ procedēdo Vnde dato ꝙ tu habeas a me unū ducatū/nō sequitur tu nō uis reddere mihi ducatū/ergo non est meus.Sic in proposito aliquis princeps nō uult exhibere aliquā potestatē qualē habet papa/ergo talis potestas nō est debita pape. Et ulterius negatur ꝯña/sicut ego nō utor peccuniis/ergo nō habeo illas:ut patet in tenaci & auaro/quia arguit ab esse ad posse negatiue. ℭ Ad sextū negat assumptū simpliciter & maxime in eo in quo est ptās spiritualis regiminis ecclesie ſm plenitudinem/sicut in papa dicimus/& sicut deductum est superius in scđo notabili & in rñsione ad primum.Vnde in traditione clauiū includitur etiā collatio terrenoꝝ ptātum pro conseruatione bonoꝝ spiritualiū/& sicut est caput ecclesie sic etiam est caput politie mundane & tpalis dirigens & inducens quantū est ex se oēs hoīes in deum & ad regnū celorum/cuius est clauiger/nā nulla lex aut institutio dicitur recta nisi sit regulata per diuinam & ecclesiasticam legem/ nec aliquod bonum morale perfectum esse potest sine fide ecclesie extra cuius unitatē non est salus.

ℭ Ad septimū negatur añs immo qui dicit Xp̄m nō habuisse ptātem spiritualem & tpalem contradicit eidem aperte dicentem Math.ult.Data est mihi omnis ptās in celo & in terra. Idem dicēdū est ad octauū & ad auctoritates aductas dicitur ꝙ ipse non dedignabatur parua & minora exequi/ sed relinquebat ea minoribus / sicut nec facit Imperator aut aliquis magnus rex sic Xp̄s tantū maiora & sublimiora curabat.s. instruere nos de uita sua & de redemptiōe nostra

per ipsum facienda ipse enim est uera pax & uerus mediator inter deum & homines/propterea illi poterant recurrere ad minores/& ideo non erat opus exequi illam.

Ad nonū dicendū est q̄ uerū est primo & principaliter sed secundario/quia sepe temporalis potestas perturbatur/oportet ut cum gladio spiritualis potestatis coarcetur/sed non econtra ut infra patebit.

Ad decimū dicendum est q̄ nō se debet papa implicare negotiis secularibus sicut nec aliquis clericus uel religiosus causa tñ charitatis & pietatis cum debita moderatione se ingerere possunt s̄m superioris licentiam & ministrando & dirigendo de licentia suoꝝ superioꝝ etiam litigare pro negotiis suoꝝ monasterioꝝ & pro causis pauperum & pupilloꝝ apud sedem Apost. uel alias/& hec est sententia. b. Thome. 2 se q. 7. & 86. ar. 2. & di. 88. c. decreuit: non ergo derogat dignitati pontificatus si causa caritatis & urgente necessitate maxime ecclesiastica ad conseruationem spiritualiū ad correctionem uicioꝝ ad punitionem maleficioꝝ ac manutentionem pacis & iusticie ī populo Christiano & libertatis ecclesiastice/ob dilatationē eiusdem quandoq; nō solum negociis se intromittere secularibus licebit papam/sed etiam usq; ad sanguinem contra hostes & rebelles ubi principes temporales nolint prestare presidiū militari & dimicari debet suo loco & tpe exēplo p̄decess. sui beati Petri apost. qui cum uidisset tpe passionis xp̄m pati ad arma materialia confugiens & ad gladios propria manu Malco auriculā amputauit nimio zelo incensus/uidens q̄ nullus principū iuuaret xp̄m/immo erant cōtra eum iux. il. p̄s. 2. principes populoꝝ congregati sunt & conuenerunt in unū aduersus dn̄m & aduersus Christum eius. Vnde uerisimile esse uidetur q̄ si Pet. cōperuisset tunc aliquem principū & potentē eidem auxiliari nō accessisset personaliter/& xp̄s dixit apost. qui nō hēt gladium uendat tunicam suam & emat ad insinuandū nobis solū q̄ ecclesia apost. & caput q̄nq; gladiis & ferro tueri & premuniri debet/nō ut propter hoc uellet impedire mortē suā & redemptionem mundi sic fiendam nā oblatus est quia ip̄e uoluit. Vn̄ mirari nemo debet/si q̄nq; cōtingat imminentibus p̄dictis causis & ne xp̄s sp̄ōsus eccl. cuius uices ge-

rit in terris offendatur Ro.Pont.p horrenfia bella personali
ter & inperterite hostes aggredi & rebelles q fortassis eti m
non fecisset si omnes principes terre aduersus tales sufficiēs
& efficax prestarent auxiliū sine psonali accessu Rom. Pon.
quia hoc facit qm̄ zelus domus sue.i.eccl. cōmedit eū & in
humanis actionibus finem & intentionem agentis principa
lis quia causa finalis est causa causa℞.2.Phi.precipue & prin
cipaliter homines respicere debent & nō tm̄ ipsū opus quan
tum operis finem considerando & deus ipse gloriosus per
arma & horrenda bella ac per occisionem multo℞ in ueteri
ri lege timeri uoluit & solus adorratione latria adorari / ut
patet in libris regum ad insinuandum nobis per hoc ut eti
am tpe legis gratie ne execretur nomē unigeniti filii sui aut
ne offendatur sponsa sua ecclesia mater omniū fidelium &
magistra/liceat qnq̧ armis & bellis uti tp̄alibus si aliter spi
ritualis sublimis ptās & libertas eccl.sue cōmode obseruari
nequit/& istud nedum iuri diuino sed etiam naturali est cō
forme ꝙ uim ui oēm hominē cuiuscunq̧ gradus aut quali
tatis existat repellere ꝫ omnes leges etiam in ablatione bo
norum suorum omnia iura permittunt quare ergo ecclesia
terribilis ut castro℞ acies ordinata hoc priuilegio seu lege
priuari debeat & in dictis casibus nō uidet/& si istud proue
nerit ex audacia aut excessu aliquo℞ principū letale crimē
est in eis & excessus excessum inuocat/& suplenda est negli
gentia ipso℞ per Rom.Pont. in casu premisso/ecclesia ad
uersus ipsos clamante per prophetam/filios enutriui & ipsi
spreuerunt me.Et loquor cōiter & in generali solū/qnia ser
mo cōis neminē tāgit//nec intētio mea est ad pticulares p
sonas descendere/nā quilibet ꝓpriū onus portabit & nō est
meum. Nec mirū si papa thesaurizat quandoq̧ & ignorat
cui congregantur hec.s.ut pugnet ꝓ ecclesiastica libertate&
ipsam manu teneat cum thesauris/ꝙ non potest cum suis fi
liis & principibus facere/& supbo℞ cuilibet loquens eccle
sic dicit per prophetam.Impinguatus est dilectus meus im
pinguatus dilatatus & calcitrauit & qualiter debēt esse filii
recti & parati & humiles iuxta sponsum ecclesie.i. Christū
coram quo omne genu curuatur & eius uicario Ro. Pont.
qui est caput & uerus pastor ecl. seu ouilis & gregis iesu xp̄i

in cuius mensa dat nobis Xp̄s omnia sacramenta salutis & carnem suam ad manducandũ & sanguinem suũ ad bibeln dum ut uiuamus ineternum. P̄s.a.n.dicit filii tui sicut nouel le oliuaꝝ in circuitu mense tue p̄s.127. Vnde filialem & hu milẽ isinuat obedieñ. Debemus supremo Pont. obedientiã & nõ seruilem nec coactã qui est Vicarius saluatoris mũdi & pater omniũ/propter qd̄ dicitur Beatissime pater/ per ex. cellentiam & ideo propheta subiungit sic/benedicetur ho. mo/qui timet dñm. Debet enim reuerenter uenerari extolli & benedici ab oĩbus/quia est deus in terris timeri & obedi. ri debet ad nutũ precipue a potentatibus qui per talem po. tentie excellentiam sue mense ecclesie ꝓpinquiores existũt in qua dulcis & benignissimus dñs Iesus xp̄s ut dulcedinẽ suam in fideles demonstraret/pane suauissimo de celo pre. stito esurientes replens bonis/ fastidiosos diuites dimittit inanes. Vnde ueri filii sui uelut alter Elyas, qui cum subcini ticeo pane illo roboratus ambulauit usq; ad montem dei/ per quem designatnr eccl. Ro. celsitudo) sic in fortitudine huiu smodi ad montem hunc .i. Eccl. apost. & ad protectio nem ipsius conuolabunt & uenient in custodiam aduersus omnes rebelles & qui pugnaut contra eam/ & supremum Pont. adorabunt & omnes reges seruient ei exemplo illoꝝ qui natum saluatorem mundi (huius uices eminẽter gerit) ex extremis mundi partibus uenientes adorauerunt / Sunt enim reges terre in Christi uicarii [ministerium attributi & stipendiarii. d.n. Pape & ipsius ecclesie militantis/dei enim ministri sunt teste Ap̄so ad Ro.13. & ad Collo.8. Nemini li cet propriis stipendiis militare/& qui rapere aliena & ecc̄ie bona contendunt & satagunt non sunt in statu salutis/ de. bent enim esse contenti terris & stipendiis suis Luce.3.

❡ Ad undecimũ negatur ꝯña quia non est similis ratio de iudice seculari & ecclesiastico quia secularis omnino est in capax spiritualis & ecc̄astice iurisdictiõis ut i.c. decernimus de iudi. Vnde nec spiritualia possidere potest .c. causam de rescrip. propter ꝙ Vsias punitus fuit lepra Paralip. 26. quia usurpare uoluit spiritualia/nõ est sic de iudice ecclesiastico immo ab initio omnes cause temporales tractabantur corã sacerdotibus/ut in.c. per uenerabilem qui fil. sunt legi. nec

sunt contrarie iste iurisdictiones / ideo simul concurrere possunt in una & eadem persona/ut supra diximus.

¶ Ad.12.dicitur ꝙ hoc aῆs est falsum ad probationem di, co cum .b. Tho.22.q.84.ar.7.ꝙ abrenuntiatio huius potest considerari primo ſm ꝙ est in actu/& sic in ipsa nō cōsistit talis perfectio sed quoddam perfectionis instrumentum/& ideo nihil prohibet statum perfectionis esse sine abrenūtiatione propriorum. Scdo potest cōsiderari quo ad preparationem cordis/sic ꝙ homo sit paratus si opus fuerit omnia dimittere & destribuere & hoc directe pertinet ad perfectionē & sic auctoritas illa procedit scdo modo & nō primo.Cum aūt potestas iurisdict.possit stare in persona dn̄i Pape cum hac animi preparatione/patet ꝙ possit etiam stare cū apost. perfectione/unde xp̄s perfectissimus fuit/& tn̄ in eo utraq; potestas fuit/quare nihil ualet ꝯn̄a.Multi enim sunt prelati ex deuotione fidelium habent & habuerunt iurisdict. temporalem/& tamen nō minus pollet in ipsis ecclesiastica dignitas / immo magis quia magis boni censentur.Et si dicatur ergo superflue ponuntur iurisdictiones principum/ negatur ꝯn̄a immo sunt necessarie / quia plenaria iurisdictio tpalis nō sic ponitur in Ro. Pont. quantū ad immediatam executionem omniū actuū/qui sublimia curans leuiora minoribus derelinquit.&c. ut supradictū est ad octauū.Et hec dicta sufficiant pro manifestatione & probatione ſe partis prime conclusionis ꝙ papa utranq; habet iurisdictionem. Et notatur ꝙ ista argumenta pro maiori parte possunt adduci contra primū Correlariū huius cōclu . & sic etiam solui possunt.& ideo circa illud non arguā / sed ueritas ipsius multipliciter probabitur.

¶ Tertia pars conclusionis est/ꝙ omniū Ro. Pont. Vna ē ptās q̄ etiā malis a deo elargit singulariter.

Contra primam partem.Primo arguitur sic/per illud Luce .22.Ecce gladii duo hic/ergo sunt due potestates & non una/patet consequentia/quia potestates designantur per gladios. ¶ Secundo sic potestates distingūtur p actus & obiecta sed sunt diuersi actus & obiecta

igitur sunt diuerse potestates. ¶ Tertio sic/plures sunt ordines Epoꝶ/ergo non est tantū una potestas/añs patet per Magistrū in.4. sent. ¶ In contrariū arguitur per il.Can.6. Vna est columba mea/una est perfecta mea/una est matri sue electe genitrici sue/ergo potestas pape similiter erit una & respectu ecclesie/cuius administrationem gerit/sicut fm Apost. unus deus una est fides/unum baptisma. ¶ Pro quo notandū est primo/ꝙ duplex est ptās in Papa. Vna que uocatur ordinis que est respectu corporis xp̄i ueri. Alia ptās iurisdictionis uel administrationis que est respectu corporis xp̄i mistici/si primo tunc est una in oibus unitate reali/quia in oibns est unus caracter sacerdotalis/dico enim sacerdotibus &epis talis ptās nō plurificatᷣ nec ex pte ipsoꝶ sacerdotū uel eporum offerentiū quia omnes offerunt in personā unius sacerdotis .s. Christi non enim in aliam personam proferuntur illa uerba sacramentalia. hoc est. &c. q̄ in personā Christi. Vnde dicit Crisost. in humilia de proditione Iude ꝙ xp̄s qui mensam illam ornauit discipuloꝶ in cena presto est mense nostre quam consecrat/quia nō est homo qui preposita panem & uinnm corpus & sanguinem facit/sed ille qui est crucifixus pro nobis xp̄s cuius uirtutē consecrantur licet sacerdotis ore proferantur/ nec etiam exparte rei oblate/ quia unum & idem corpus numero offertur per unū Ep̄m sicut per aliū & alium sacerdotem.s.xp̄i/& una & eadem passio xp̄i q̄ cōmemoratᷣ per omnes/non ergo ex parte rei cōmemorate plurificatur/Prime ad Corinth.xi. quociēs cunq;.&c.& sic ptās ordinis una est realiter in papa & in oībus Episcopis & sacerdotibus/& in tali potestate omnes sacerdotes non sunt nisi unus sacerdos/& Christus unum habnit sacerdotium fm Apostolum ad Hebreos .7. Est autem una potestas iurisdictionis in papa quadam unitate ordinis quia siue laici ordinentᷣ ad clericos/uel clerici ad clericos.dico in ipso corpore ecclesie mystico siue econuerso/uel oēs ordinantur ad clericos& sacerdotes/Hoc habet quodam ordine facere papa & intra; se & ad se clericos & laicos ordinare/Et ista est sententia beati Aug.3. de trini.c.quarto. Cōcludunt autem argumenta ꝙ sunt plures potestates iurisdictionis respectu pluuium cōmunitatum/& sic plurificatur

potestates & non aliter.

¶ Pro quo notandum est q̄ s̄m Philosophum in libro Politicorum plures sunt cōmunitates & facientes unum / quare una est communitas uici que resultat ex pluribus domibus Alia ciuitatis que constituitur ex pluribus uicis que est perfecta / quia si ciuitas sit bene ordinata in ea debet inueniri quicquid necessariū est ad uitā humanam. Alia est cōmunitas prouincie que exsurgit ex pluribus ciuitatibus. Alia regni que est ex pluribus prouinciis. Alia est cōmunitas totius orbis que constituitur ex omnibus regnis.

¶ In prima presunt presbyteri parrochiales / quorum quilibet regit unum uicum & unam parrochiam. In secunda presunt Episcopi / quia ciuitas quelibet est cōmunitas perfecta sicut quilibet Eps̄ est sacerdos perfectus cum possit simile sibi generare. In tertia autem cōmunitate presunt Archiepiscopi seu metropolitani. In quarta presunt patriarche & primates. Sed in quinta preest summus Pont. quia quantū est de iure omnes qui sunt in toto orbe debent subiici summo Pont. sicut de iure diuino / nullus pōt saluari nisi sit de corpore ecclesie extra quā non est salus / ita de iure est q̄ oēs qui sunt in toto orbe sunt sub potestate Ro. Pont & p̄ illos duos gladios due potestates eiusdem intelliguntur sed una reducitur ad aliam tanq̄ instrumentum ad causam agentē principalem & prout dictum est / & spirituale semper habet regere & gubernare corporale / & per ista hec etiam soluuntur argumenta: Vna est ergo potestas omnium Romanorum Pontificum / q̄ est conclusio.

¶ Sed contra fundamentū istius conclusionis potest multipliciter argui. Primo sic / plures sunt ecclesie q̄ una / ergo male dicit̄ quod una est ecclesia / consequentia patet / antecedens probatur per illud Apocalip. primo. scribit Ioannes septem ecclesiis / & Psalmista .66. in ecclesiis benedicite domino. ¶ Respondetur q̄ uerum est q̄ sunt plures ecclesie sicut plures sunt cōmunitates scilicet particulares / sed una est ecclesia uniuersalis sicut dicit Porfirius in capitulo de genere plures homines sunt unus homo sic etiam plures ecclesie particulares sunt una ecclesia in cōmuni / & sic ad argumentum negatur consequentia.

¶ Secundo arguitur sic. Ecclesia primitiua que erat ex circumcisione & ecclesia presens que ex baptismo distinguuntur/ergo sunt due ecclesie & non una. Rñdetur negãdo cõsequẽtiam/quia una & eadem fides est antiquorum & modernorum/& qđ ipsi crediderunt implicite nos credimus explicite/& qđ crediderunt de Messia futurũ nos credimus iã uenisse. Posset etiam dici/qđ distinguuntur sicut lex uetus & noua/& tanq̃ figuratũ & figura/ac ut spica & semen tanq̃ perfectum & imperfectum/fuit enim perfecta per Christũ/qui non uenit soluere legem sed adimplere/ergo distinctio q̃ fuit respectu diuersorum temporum non arguit pluralitatem/sicut unus homo qui nnnc est paruus incipiens & imperfectus/postea efficitur maior & sapiens ac perfectus/nõ ideo est plures homines/sed unus homo. Sed contra ecclesia est cõis hominibus & angelis ut dicit Augusti. super Psal. 36. sed non est eadem fides/immo angeli nõ habent fidem/sicut nec uiatores habebunt in Paradiso/ergo ecclesia est distincta. Rñdetur distinguendo minorem uel qđ nõ habeãt fidem sicut nos hẽmus/& sic conceditur uel qđ nõ habeant illud quod succedit fidei ñostre & spei .s. charitatem / & sic negatur. Vel aliter potest dici negando presuppositũ / quia nos loquimur de ecclesia militante uiatorum & nõ de illa triumphante comprehensorum seu beatorum. Vel potest dici/qđ licet distinguat̃ respectu subiecti/nõ tñ respectu finis & obiecti quod est deus reuelatus uel reuelabilis qui est trinus & unus. & est una etiam respectu finis qui est beatitudo consumata iuxta illud. Beati qui non uiderunt & crediderunt/qđ dixit Iesus Thome didimo/uolenti non solum credere & uidere sed palpare. Sed contra etiam arguitur fides/spes/charitas ista sunt accidentia distincta & diuersa in diuersis igitur & diuerse ecclesie. Rñdetur qđ licet non sint idem numero/conueniunt tamen in specie: uel qđ licet sint diuersa subiectiue/nõ tamen obiectiue/quia idem est obiectũ oim fideliũ ut dictũ est supra. Sed uolo qđ aliquis excõicetur iniuste talis est extra unionẽ ecclesie/& tñ non est excõicatus apud deum/ergo est alia ecclesia per quam talis saluatur.
Rñdetur qđ talis sic excõicatus in nullo leditur/immo potius meretur si patienter tolleret ipsam iniuriam/ & humili

tatis meritum recöprehensat talis excöis damnum/ nihilominus tamen tali sententie obtemperandü est si a suo iudice fulminetur & cü iuridicis circumstantiis. Preterea uidetur ꝙ talia ad unitatẽ ecclesie nõ pertineant que est congregatio oĩum fideliũ tñ qui sunt in peccato mortali sũt extra charitatẽ/& est fides mortua in illis. Rñdetur ꝙ ẽt ista fides reducit aliquo modo ad fidem iustoꝝ fideliũ / & est eadem in substantia q̃uis nõ in circũstantia & perfectiõe/ dũmodo non sit heresisquia per talem proprie sumptam efficit homo infidelis/& nõ solũ membrũ fetidũ sed membrũ diaboli & mortiferũ. Sed contra Cathecuminns habet istas tres uirtutes formatas/& tamen nõ incorporatur xp̃o/quia hoc esset per baptismũ ꝑm Aug. de baptismo paruuloꝝ. Rñdetur ꝙ licet capere nõ incorporetur incorporatur mente uel licet nõ incorporetur numero incorporat merito ꝑm Tho. in.4.sen. di.4.& ꝑm Apost.ad Ephe.3. habitare xp̃m p fidẽ i cordibus nr̃is dicit. Preterea nõ fuit semp baptismus/ergo nõ semper fuit ecclesia/añs patet añ xp̃i aduentũ erat circũcisio & non baptismus. Rñdetur ꝙ licet nõ fuerit in re fuit in figura. Vel aliter ꝙ licet non fuerit tunc erat tñ fides xp̃i uenturi unde ortus est baptismus/& sancti patres ueteris legis etiam incorporabantur per fidem credẽtes futurũ quod nos credimus iam uenisse/quia extra fidem Xp̃i nunq̃ fuit nec erit salus ineternũ: & sic negatnr ꝯña. Contra plura sunt baptismata .s. aque penitẽtie & sanguinis/ ergo nõ est una ecclesia:añs notũ est/sicut habetur in glo. ad Hebre.6. ꝯña patet/ quia ab unitate baptismi sumitur ratio unitatis ecclesie. Rñdetur ꝙ licet tria in opere sunt tñ unũ ꝑm ꝙ est unus effectus quia quilibet operatur unã salutẽ / in spetie tñ ꝑm Tho. non est proprie nisi unus .s aque sub debita forma celebratus/aliaaũt habent uirtutem: Si tñ baptismns aq̃ que haberi nõ potest pro tunc sit in proposito/& nõ aliter. Preterea Aug. tangit aliam unitatem in lib. de bap. de qua in.c. est unitas de con.di.4.est unitas ecclesie que late patet in sacramentis uidelicet societate & communione:ergo insufficienter est assignata ecclesie unitas. Rñdendo negatur ꝯña/& ad auctoritatẽ loquitur ibi Aug. de unitate baptismi quod est fundamentũ omniũ alioꝝ sacramentoꝝ. Preterea

non sunt semper idem fideles/ergo non est semper fides ea dem nec una/ ans patet per mortem & generationem fluut refluunt/& confirmatur quia ecclesia est cógregatio oium fidelium ut in.c. ecclesia de Conse.di.r. Rñdendo negatur ꝯña quia manet semper eadem fides manet eadem forma sacramentoꝝ quibus formatur ecclesia manet eadem lex & eadem regula ueritatis/permanet eadé habitudo & ad unũ caput & ad unum finem ultimũ/sicut partes alicnius aialis fluũt & refluunt idẽ tñ aial manet formaĩr primo de generatione/& Aug. super ps.85. sibi descédentibus & succedẽti bus mẽbris unus homo usq ad finem seculi extenditur. Preterea demoues reddunt & contremiscunt similiter dãnati Iacobi .2. ergo unam ecclesiam uidentur nobiscũ facere quia habent eadé fidem. Rñdetur negãdo ꝯñam negaẽ ẽt ꝙ habeãt eãdẽ fidẽ quia ipsi credunt ex perspicuitate nature & antiquitate tpis quia uiderunt multa miracula/fideles uero ex dono spiritus sancti. & loquimur in proposito de fide prout est donũ.ss.& quidam habitus infusus imperatus a uoluntate. Preterea si semper fuit unitas ecclesie hoc maxime uidetur esse quia semp fuit unus pastor & unus rector qui uisibiliter cum ea cõmoraretur sed hoc nõ habuit semper/igitur fuit alia & alia. Rñdetur ꝙ licet non semper ecclesia fuit sic tñ tempore habebat ordinem & aptitudinẽ ad talem principatum quẽ tamen non habuit uisibiliter cõ uersantem usqquo facta fuit splendidior & opulentior / ut post plenitudinem gratie que per Iesum xp̄m facta est Io.1. Fuit enim in principio sui status paruula & nõ habens ubera Cant.ulti. Preterea & ultimo arguitur sic/papa mortuo ecclesia non minus est una quã antea/ ergo talis ordo ad unum caput non facit ad ecclesie unitatem. Rñdendo negaẽ ꝯña/quia sedes non moriẽ mortuopapa tũ etiã quia ordo talis semper maner in habitu ad unũ caput / & potestas ad eligendum aliquem semper manet in ipsa sede. Est etiã actu talis ordo in ecclesia ad eos / qui uirtute summi Pont. illo tpe in ecclesia quo ad aliqua funguntur cuiusmodi est sacrum collegium Cardinalium/& sic cõuincitur aliqnoũ scysmaticorum / opinio sed de hoc plenius dicetur infra.

¶ Sed quod singulariter etiam elargitur a deo malis huiusmodi potestas que est secunda pars istius conclusionis. patet.

Primo auctoritate Christi dicentis pilato uolenti eũ tradere morti non haberes ptãtem nisi tibi data esset desuper modo certũ est quod illa potestas fuit mala per quam xp̃s qui erat deus eternus & potestas eterna seu deus ipse tradebatur morti & membris diaboli .s. pilato & crucifixoribus. Preterea dedit ipse potestatem maligno spiritui ut tentaretur & portaretur ab eo etiam ductus ab spiritu sancto Math. 4. Ductus est Iesus in desertum a spiritu ut temtaretur a diabolo ergo a fortiori cuilibet alio/& permisit mulierem quandam quandoque in papatu uixisse. Preterea Apostolus dicit ad Romanos. 13. non est potestas nisi a deo/& iubet Apostolus potentatibus etiam discolis ut fidelis debeat obedire quod nõ fecisset nisi talis potestas a deo esset. Pro quo sciendum est quod s̃m cõmunem opinionem omnium doctorum & etiam Cõmentatoris in .10. Meth. ad productionem cuiuslibet effectus hebentis aliquam entitatem positiuam immediatius concurrit ipsa causa prima .s. deus q̃ secunda causa seu agens quodcunque creatum sic quod quelibet creatura & inferior causa dicitur causa partialis sui effectus & non totalis/de malo pene & de potestate p quam diuine legis & iustitie exercentur nulli dubium est/quin a deo producatur malum etiam culpe non simpliciter s̃m quoad esse materiale/unde potentia peccandi & ipse actus male uoluntatis. Vnde s̃m Aug. oritur omne peccatum & prout est quedam qualitas absoluta est a deo immediatius q̃ ab homine/prout autem dicit & importat quandã difformitatem per quam deformatur legi diuine & est pↄuaricatio illius que est quedam briuatio bonitatis/& nõ est ens positiuũ producitur & fit ab ipsa creatura & non a deo nisi pmissiue/nã aliter esset cã pcti quod nõ est dicendũ/licet aliqui teneant oppositũ/mihi tñ illa opinio nõ placet & eorum argumenta nõ cõcludunt nisi quod cõcurrit ipse deus quo ad esse positiuũ & materiale ipsius peccati non quoad esse formale ipsius peccati & sine deo factũ est nihil.i. pctm̃ seu priuatio

debite bonitatis pctm̄ nihil aliud est q̄ dictum uel factū seu concupitum contra legem dei & semper aliquid positiue cō currit antecedenter uel concomitanter uel consequenter: & dico istud notanter propter pctm̄ omissionis. De istis lati us dicetur aīs. Sed in proposito malitiam & prauitatem mali ꝑlati ꝓducūt & male regētes seu ad abusus hmōi potestatis collate a deo singulariter ꝓducit solū ab ipo prelato & sicut donum prophetie malis qn̄q; colatū fuit ut Balae & Cayfe qui prophetizauit nesciens ꝙ melius esset quod unus more retur q̄ si tota gēs periret/nō est etiam inconueniens qđ po- testas hmōi malis etiā conferatur/ ut inferius dicetur/ quia hmōi dona sunt gratis data & nō gratum faciētia: & sapie 6. Data est nobis potestas a deo & uirtus ab altissimo/ & si- cut omnes riuoli deriuantur a fonte/sic omnis ptās regendi deriuatur a deo qui est rex regum & dn̄s dn̄antium/ omne ergo dominiū ab eo est & oīs ptās producitur ab ipso effe- ctiue/etiam est a deo formaliter .s. ratione cuiusdā ordina- tionis que est inferioris ad superiorē: & talis ordo compe- titur in omni principatu & habet aliquam rationē boni etiā in malis/ nam per potestatem collatam a deo sathane Iob probatus est ut iustus apareret/ & Petrus temtatus est ne de se presumeret .s. per ancillam tpe passionis/ & Paulus col- laphizatus ne se extolleret/& Iudas damnatus ut se suspēde ret/ similiter ex principatu demonū relucet effectus iustitie dei in damnatis. Et si dicatur contra/quia ibi nullus est or- do sed sempiternus horror. Rn̄detur ꝙ uerū est proueniens ex ipsis demonibus uel damnatis seu respectu ipsoꝶ sed bn̄ respectu dei imperantis talem penaꝶ illationem fm iustitiā suam iuxta culpaꝶ demerita & fm mensuram peccatorum & criminū seu delictoꝶ mensuratur a deo tanq̄ a rectissimo iudice mensura penaꝶ & fm hoc uocauit demonum princi pem qūo dixit loquens de passione sua/nunc princeps mun di eicietur foras/& ego si exaltatus fuero a terra.i. per crucē omnia traham ad meipsum per inferni spoliationem. Etiā finaliter uidetur esse a deo quia quam diu sumus in hac uita preliamur cum mundo/cū carne/cū spiritu: & sumus bella tores & in hmōi exercitiis dn̄antur boni angeli malis ange lis & homines hoibus & finaliter etiam speratur corona le-

gitime sertantibus iuxta illud Apostoli in agone nō corona bitur nisi qui legitime sertauerit/& sic est in ecclesia ista militante que est terribilis ut castrorum acies ordinata& nunq̃ tale bellum euacuabitur usq̧ ad consumationem seculi prime ad Corinthios .13. In prauitate adeptionis/in malitia seu intentionis prauitate ut sic nunq̃ concurrit deus. Vnde dicit Greg.& habetur in glo. q̧ potētiā principatus & ptātē deus tribuit elationem uero potentie malitia nostra inuenit/ est tamē a deo ratione entis & ratione ordinis & ratiōe finalis reductionis etiā singulariter. ¶ Et notatur scdo q̧ opa dei/ licet omnia perfecta sint/ea tamē que a deo & creatura agūtur possunt habere aliquem defectum seu deformitatē prouenientem non ex parte dei sed ex patre ipsius creature coagentis. Et si dicatur nemo debet uocari ad Pont. nisi uocetur a deo tanq̃ aron sicut dixit Aqost. Rñdetur q̧ uocatur a deo mentaliter per uota eligentium qui sunt dei nec oportet q̧ uox diuina ibi sensibiliter audiatur & hec dicta sufficiant de tota prima conclusione/& quo ad omnes sui partes summū uero& plenum q̧ confertur a deo sum.Pont. latius etiā atq̧ etiam in sequentibus & in finali correlario elucidabitur. ¶ Vnde aduerte quod illud quod in una ꝓpōnum prepositarum fortassis obmissum uidebitur ne crebris fiat repetitio q̧ fastidiosum foret in aliis declarabitur/& quod obscurum apparet in una clarissime per aliam conspicietur: Et fiet sic/ q̧ gratia diuina mediate tota questio clarificata erit bene & comprobata q̃tum ad omnem partem habentem difficultatem aliquam.

Sed circa predicta de potestate Pape oritur unum dubium utile .s. Vtrum talis potestas solum sit in mediate a deo in ipso & mediante papa aliis exibeatur/pro cuius dubii solutione dicunt cōiter aliqui doctores & bene q̧ loquendo de potestate iuridictiōis spiritualis & tēporalis talis potestas est triplex. Prima est immediata que omniū spiritualiū & temporaliū est solū in papa a deo eidem immediate collata/alia est ordinis & deriuata que est in omnibus Epis & prelatis/credo tamen q̧ Pont. Max. & episcopis hec ordis equaliter conferatur posito q̧ papa esset sacerdos/nam aliter non haberet nisi ptātem plenariā

spiritualiũ omniũ & temporaliũ. Alia est potestas quasi instrumentum supremũ tantũ in ministerio attributa / & hec est Imperatoribus & regibus & principibus per Ro. Po. attributa/quia sicut ſm Phm in .1. Ethico. Siue corporalibus bonis non contingit esse felicem sic non contingit summũ Pont. posse hanc supremã ptãtem sine temporalibus principibus exercere. Vnde talis principũ ptãs temporalis non est de esse illius nisi quo ad exercitium/est tamen de bene esse & ad magnũ decorem sicut bona temporalia etiam se hñt ad ipsam felicitatem & ad exercitiũ uirtutis moralis/nihilo minus sine illis aliquis dicit habere perfectam uirtutem & uirtuosus hr & bona tẽporalia uirtuti debẽtur in ministeriũ & habẽti maximã uirtutẽ maxĩa bona sibi debẽtur ſm legẽ moralem sic ſm legem diuinam maxime principi maxime principari debet & principatus dominium& ptãtem solum ab ipso deo summo opifici ei debuit impartiri quantumad potestatem ordinis que respicit corpus Christi uerum / & q̃ est respectu ipsoꝝ sacramentoꝝ puta ut dixi ꝙ talis est in papa & in ipsis episcopis per equalem immediationẽ quo ad hoc dumtaxat/& est etiam opinio Augu. de Ancona in sua summa/& hanc Christus equaliter cõcessit Petro & aliis Apost. quoꝝ personas representant epĩ Io.19. quia ipse xp̄s solus fuit institutor omniũ sacramentoꝝ/sed loquendo de alia ptãte iurisdictionis & coactiua primo & principaliter spiritualiũ & temporaliũ talis solum est data Petro & suis successoribus immediate a xp̄o/patet primo/quia talis confera:ur solum per clauiũ collationem sed claues xp̄i solũ cõtulit Petro & nõ alteri Math .16. Tibi dabo claues regni celorum igitur,&,Christus ſm glo. solum uult unum Vicarium & unum caput esse in ecclesia ad ꝙ oĩa & singula membra recurrant. Preterea Papa potest illam auferre. Christus ergo potest illam dare ꝯña nota est/añs patet qa deponit / quos uult& priuat/ptãs ergo iurisdictionis residet solum in papa/ꝑterea cuius auctoritate fit prelatoꝝ electio& cõfirmatio sed auctoritate pape istud fit/igitur minor probatur quia eis dicitur. Damus uobis auctoritatẽ ministrandi ĩ spiritualibus& tpalibus/igitur ſm ptãtem prelatoꝝ ut dixi est

deriuata ꝓsertim iurisdict. in eis mediante papa cui imedia te confertur a xpo/& confirmatᷣ per Cōciliū Ephi. dicēs sic se habet ptās epoꝝ ad papā sic radii solares ad solē & riuo li ad fontē & rami ad arborē/est ergo talis ptās deriuata in aliis a papa/sed de ptāte tpali Impatoꝝ & regum patet pri mo sic/ptās eoꝝ per ptātem pape instituí & ordinari si bo na sit & etiam regulari/& per ipsam condemnari& iudicari debet si bona nō sit/ ergo talis ptās nō est immediate adeo sed est ab ipso in ministeriū pape& ptātis spiritualis attribu ta/ꝯña patet/añs quoad utranqꝫ partē probatur.22.di. quod ptās pape cuiuslibet ordinis dignitatem & gradū instituere habet/ipsam uero solus xps fundauit & supra petram fidei mox nascentis erexit ꝙ beato Petro eterne uite clauigero terreni simul & celestis imperii iura cōmisit ꝭm ꝙ habet iu dicare & deponere patet.15.q.6.ubi dicit ꝙ Zaccharias Ro. Pont.regē Francoꝝ nō tā pro suis iniquitatibus q̃ ēt ꝓ eo ꝙ tāte ptātis erat ut inutilis a regno deposuit. ꝑterea Im patoꝛ & oēs alii ꝓstant obediētiā & iuramentū fidelitatis dī.63.di.c.tibi dño ꝙ Impator iurat sū.Pon. nūq̃ mādatū suū ꝑterire & sibi in oībus fidelitatē seruare ergo a fortiori ceteri reges & principes terre tpales.Et nota ꝙ si inueniatᷣ qñqꝫ aliquos Impatores dedisse seu cōtulisse aliq̃ bona tpa lia sum.Pon.sicut Constan.dedit Siluestro/hoc nō ē intelli gendū ipsi dare qđ suū ē/sed restituere qđ iniuste & tyrāni de ablatū est Eodē mō si legatᷣ qñqꝫ aliquos sum.Pon.dare bona tpalia Impatoribus & regibus hoc nō ē intelligendū dñiis regnoꝝ sed magis in pacis eccl. cognitionē/qa seruū dei nō opꝫ litigare sed māsuetū eē &oībus cōplacere &hoc intellige si possibile ē & erga hūiles qa supbus deus resistit hūilibus āt dat grām & deposuit potētes de sede.&c./sic & uicarius suus & uice gerens eiusdē se debet nam iuxta apsī doctrinā si hoībus placeret seruus dei nō esset/ & sic qñqꝫ ꝓ seruatū & reductū gladiū a Petro in uagina euaginari nece sse fuit cōtra hostes fidei & aduersus rebelles & sedi Apsī ce inobedientes Romanoꝝ Pont.instituta sunt & mandata contemnentes. Preterea omnis potestas tpalis est subdele gata ptās Pon.Ro.igitur est in ministeriū attributa ꝯña pꝫ/

aн̄s probatur.ır.q.r.c. quicunq̃ litem habens cuilibet licitū est sacro sancte sedis antistitis: iudiciŋ eligere /& sic patet solutio dubii & ꝙ ois ptās tpalis est in ministeriū pape attributa/& est pro aliquali declaratione correlarii imediate sequentis circa ꝙ etiam latius loquemur de istis.

Sed rursus queritur utrū aliquis possit esse equalis pape in potestate. Rn̄dendo dicendum uel de potestate ordinis uel iurisdictionis si primū hoc est quoad caracteris impressionē uel perfectionē uel habitionem si quo ad caracteris impressionē quilibet sacerdos posset dici equalis pape quia ita in simplici sacerdote imprimitur caracter sicut in papa/& ita bene cōsecrat unus sacerdos sicut alter nec magis est xp̄s aut uerius corpus xp̄i panis cōsecratus per papam q̄ per simplicem sacerdotem/sicut ita est unus Christianus etiam sicut alter ratione suscepti baptis. si uero quantū ad perfectionem caracteris omnes ep̄i sūt equales Ro.Pont. quia omnibus ep̄is datur etiā facultas creandi seu generandi sibi similē/quia est perfectus sacerdos sicut& papa:& in hoc & rursus ep̄i representant Apostolos mō talis honor fuit pariter in omnibus nec petrus in isto precessit illos/nec fuit data ei singularius Io.2. qn̄ dictum est eis accipite.ss. quoꝝ remiseritis pc̄ā remittentur eis: nō enim dixit xp̄s accipe sed accipite sicut in collatione clauium dixit. Tibi dabo claues regni celoꝝ & nō uobis. Etiam quo ad .3.s. in habitione huius caracteris nā posset eligi unus diaconus in Papam tunc sacerdos simplex in hoc esset maior eo qui esset uerus papa. ¶ Quarto etiam in ratione meriti multi enim martires fuerunt & pares & forte maiores .b.Petro.2.q.7.c.puto ꝙ sine ulla sui cōtumelia Cyprian. ep̄s apostolo Petro comparatur quantū attinet ad martirii coronā quia & si distat catedrātis gratia/una est tamen martyrum gr̄a / & si una simplex uetula sancta esset in hoc melior Ro. Pont. non sancto quo ad hoc solūmodo/&unus predestinatus simplex esset melior quo ad deum q̄ aliquis Pont.reprobatus/nam & xp̄s plus dilexit Petrū quādo eum negauit q̄ unq̄ fecerit Iudam reprobum qui melius fuisset ꝙ nunq̄ñ creretur: sed de hoc magis dicetur aīs. Sed quo ad ptātem iurisdictionis temporalis contingit loqui dupliciter: Vel

quantũ ad immediatam executionẽ & administrationẽ / & sic Imperator & reges sunt maiores Rom.Pont.nec hoc est condignum sublimitati .S.S. ut supradictum est qui debet altiora curare/& ideo ex hoc nõ habetur ꝙ sint maiores ro. Pont.simpliciter immo iferiores/ quia argueretᷣ a dicto fm quid ad dictum simpliciter. sicut nec xp̃o proprie pertinet aureola/quia diminutionẽ importat sed pertinet ei aurea/ suprema/& excellens.

¶ Secundo quantũ ad immediatã auctoritatem quam habuit a deo ut supra dictum est & uĺem iurisdictionẽ que arguunt & important excellentiam& sublimitatem/ & sic nullus est pape equalis & est rñsio ad dubiũ. Et ex dictis haberi potest una ratio quare ep̃os uocat papa fratres .s. ratione perfectionis caracteris/alia aũt ratione conformitatis nature propter ꝙ nec ipse xp̃s confunditur/quia deus & homo uocat omnes homines fratres dicẽs / nomen tuũ nuntia bo fratribus meis/& etiam ratione meriti ut dictum est/ sed ratione iurisdictionis nullus ep̃s aut prelatoꝝ est equalis Ro. Pont.Vnde dicit Cyrillus in li. thesauroꝝ ꝙ apostoli in epistolis & in euangeliis affirmauerũt in omni doctrina Petro collatũ esse dominiũ & eius ecclesie regimen tenere dantes eidem locum in omni capitulo& synagoga ĩ omni electione & confirmatione cui .s. Petro omnes iure diuino caput inclinatur & primates mundi tanq̃ ipsi dño Iesu obediunt/ & dicit Crisost. in quadam homilia Penthe. ecclesia maior est celo & angelis & omni creatura ergo eius caput quod est papa maius est omni alio seu & potestati nullus potest adequari que maior omni alia/ in terris esse dinoscitur.

¶ Sequitur iam uidere de primo Correlario prime Conclusionis.

Circa ꝙ primo sciendũ est postq̃ prima pars illius est supra elucidata .s. ꝙ omnis potestas imperalis est ipsi Ro.Pon. in ministeriũ attributa & omnia regi & gubernari ab ipso deo qui est sp̃us.Io.I. sic actio ipsius ĩ oĩbus cõcurrit effectiue q̃ alia actio se cãe satis ex isto cõstat corpa le regi ab ip̃o sp̃uali eẽ necessariũ / qđ ẽt exp̃sse dicit Boe. ĩ li.de con.O qui perpetua mundũ ratiõe gubernas stabilisq̧

manens dans cuncta moueri celi mouentur. Et motu regulari & ordiuatissimo ab ipsis intelligentiis seperatis omnia agunt propter finem sm Philo. i. ethi. sed tamen actus insensibilium sicut sagitta a sagittante sic a deo prima causa in suos fines diriguntur. ac omnia que sub celo sunt faciens hominem deus pro se omnia subiecit subpedibus hominis oues & boues uniuersa insuper & pecora campi/ uolucres celi & pisces maris qui perambulant semitas maris ps. 8. & ideo celi enarrant gloriam dei & opera manuũ eius enunciant firmamentum/ & nihil est qd se abscõdat a colore eius scilicet actionis & intelligentie in tantũ q si nõ esset talis concursus actionis spiritualis prime cause i omnibus rebus omnia in nihilum redigerẽtur sm Aug. Et ipsa ecclesia uniuersalis dr quodammodo anima spiritualis cuiuslibet hominis spiritãs & uiuificans illum & ideo homines spiritales sm Apost. esse debemus/ quia nõ ex solo pane uiuit homo & sicut naturaliter nisi corpus sit coniunctũ anime informanti illud moritur tpaliter & eadem ratione membra ipsius amittunt/ ideo uitam sic spiritualiter nisi homo fuerit coniunctus corpori mistico ecclesie & per sacramentorum formam informatus / que dat esse salutis moritur eternaliter & tanq membrũ putridũ & aridum proiicitur i ignẽ eternũ/ & sicut membra totius corporis humani sunt in ministerium & famulatũ anime naturaliter attributa sic q reguntur ab ipsa & ad nutum ipsius operantur/ cuius quidem uirtus principaliter & adequate consistit in capite sic a capite dicti corporis mistici seu ecclesie/ quod est Ro. Pont. omne temporale regimen gubernari & emanari natura indice rite a diuina prouidentia ordinatum fore dinoscitur confirmari. Vnde dixit xps Petro soli. Propterea pro te oraui. ut nõ deficiat fides tua sed tu aliqñ cõuersus cõfirma fratres tuos. Et rursus/ quodcunq ligaueris super terram erit ligatum & in celis/ & quodcunq solueris super terram erit solutum & in celis/ in spe fide .s. & charitate/ q fit per euangeliũ & ueram alimoniã spiritualemq escam per quam & non ex solo pane uiuunt homines spiritualiter hic/ & in futurum eternaliter/ & itaq sicut per spiritum in corpere naturali uiuimus .i. per animam / sic spiritu conregnabimus in celis/

quia si secundum carnem uixerimus : ut dicit Apost. morie mur .s. spiritualiter.

¶ Sed oritur ibi quedã parua difficultas circa illud quod dixi de omnium membrorum humani corporis erga animam & caput obediẽtia/quare in membris inferioribus istud nõ habere locum naturaliter experimur/& ne instari possit cõtra nos propterea multiplicitet respondetur.

¶ Et primo quod illud prouenit ex infirmitate ipsius nature & carnis (quia spiritus promptus est caro uero infirma) que fuit lesa & contaminata in primo parente per peccatum originale. omnes enim in adam peccauerunt: & sumus ait apostolus natura filii ire. ac omnis homo mendax & omnis caro fenum/factus est homo sicut equus & mulus.

¶ Secundo ut homo ideo cogatur (deposito carnis appetitu) erigere quoque & eleuare mentem in deum & uiuere secundum spũm & rationem quia alias si secundum carnem ut iumentũ factus est apud deum.

¶ Tertio ut fragilitatem suam & loci uilitatem unde exiuit homo maculatus & in peccato originali (quod inde oritur cõceptus) saluatoris nostri preciosam mortem frequentius recolat/per quã & per eius sanguinem a miserabili seruitute peccati redempti sumus.

¶ Quarto ut recognoscat homo peccator & multis peccatis obuolutus quantum debeat penitere quando propter unũ peccatum solum oportuit xpm pati pro nobis & sic intrare in gloriam suam & ut super omnia uitet peccatum superbie quale fuit illud

¶ Sexto ut natura humana (quã deus pro nobis assumpsit & quã deo patri in ara crucis igne caritatis incensa) luxuria minime polluatur que in ostiã & sacrificium obtulit/ qua maiorem nemo erga suos habere potest nunquam. Nam maiorem charitatem nemo habet quam ut quis ponat animam suam .s. uitam pro amicis suis/sicut fecit xps pro nobis/qui nec incarnatus nec minus passus fuisset si primus parens noster nõ peccasset. ¶ Considera o peccator si quis amicorum tuorum & capi & torqueri ac suspendi uellet pro te/ut te a morte & patibulo liberaret quantum debes ei? sic xps ut te a patibulo inferni liberaret captus/passus/& mortuus est pro te. O impie ingratitudinem tuã considera & fac penitentiam.

¶ Sexto propter continuam carnis resistentiam aduersus spiritum repugnãtis/ut ex tali pugna reportare possimus coronam apud xp̃m/qui rebellionẽ illam etiam ab Ap̃lo suo electo Paulo humiliter deprecante amouere renuit sed dixit illi. Sufficit tibi gratia mea Paule/ per quam resistere poterat continue rebellioni carnis & partis sensitiue. Ad qd etiã abstinentia & fuga multũ iuuant.

¶ Septimo potest dici quod istud prouenit propter nobilitatem membri & sexus ut quando resistit spiritui mens percipiat genus omne humanum per diluuiũ collapsum & per mortem per ipsum erectum fore. Vnde nulla lege ipsum ꝓ quocunq; delicto rite amputari iubetur & agit sine labore/ & delectabiliter ut omnis caro uiuens in specie consistat & dilatetur ad diem iudicii usq; & fiat eiusdem continua propagatio. Vnde & per eam partem (non ex uirili semine tñ/ sed mistico expiramine & .ss. opatione) saluator mundi ex uirgine gloriosa & uirgine permanente nasci uoluit: in figura cuius ille magnus patriarcha Abraham iurauit super femur suum & circũcisionis opus ideo factum fuit/spiritualiter etiam baptismum in remissionẽ peccato℞ insinuabat quare eum extra matrimoniũ polluere abusus est/& semper peccatum mortale/si uero extra uas debitum& presertim cũ uiro nephandissimũ est: est aũt uir frigidior quacunq; muliere calidissima & nõ habituata calidior. & ideo puto ꝙ ꝓpter maiorem resistentiã quam habet caro uirilis aduersus spm̃ ip̃m magis mereri apud deum in isto q̃mulier quecũq; in quo castitatis decus si continue uigebit angelicum est & prope diuinum. Nec istud alienũ a proposito censebitur si exempla sepe deducta & deducenda recte considerentur .s. ꝙ oĩa mẽbra naturaliter capiti obediũt/ꝙ in isto propter p̃dicta notabilem patitur exceptionem& argumenta a simili semper claudicant uno pede/quia nõ requiritur inter diuersas res omnimoda similitudo/nam dicimus fortem hominem assimilari leoni/uel esse sicut leo subaudi in fortitudine/& sic de aliis multis. Quare nõ debes lector mirari. Nec istud potest per aduersarios deduci in argumentũ inferẽtes ergo aliquod membrũ licite potest resistere capiti seu rationi/que per macerationem carnis & ieiunium & alias domi-

natur eidem/sicut & papa caput omnium fidelium domina tur eisdem per diuinam legem in qua sua suprema potestas capitalisq̧ & eximia liquido expressa est. Et per sanctoꝝ patrum instituta sole clarius cunctis mortalibus apetta & rese rata existit/cui igitur resistere nephas est & letale crimen.

¶ Sed pro declaratione illius partis correlarii) reuertentes unde egressi sumus) scilicet ꝙ leges temporales dependent ex dominio Ro. Pont. cōpetenter corruit ex predictis/ quia ad eum pertinet condere leges confirmare & destruere qui habet plenarium dominiū & plenissimam potestatem etiã coactiuam in temporalibus prout infra manifestabitur sed papa habet tale dñium & potestatem/ ergo ab ipso dependent oēs leges & statuta temporalia etiã circa res ꝓphanas maior seu prima prepositio nota est quia non uident aliunde oriri quam ab huiusmodi uniuersali dominio & eximia ptãte. Et ultra aut tales leges absolutū innocentem & ligãt reum & nocentem/ quia sunt ad conseruationem bonorū maxime spiritualium & ꝑsertim dignitatis papalis que magis bonum & maximum in terris esse dignoscitur/ aut sunt ad desolationē malorū/ que deteriora sunt si spiritualibus aduersantur. Generaliter autem considerate aut ligant aut soluūt homines qui super terram sunt/sed istam uim ligandi atq̧ soluendi expresse tribuit xp̄s Petro & ex consequenti eiusdem successoribus/ qñ tradidit claues regni celorū singulariter illi & non alteri dicens quicquid ligaueris super terram erit ligatum & in celis/& quicquid solueris super terram erit solutum & in celis/& pastorale dñium siue regimē sic dedit illi soli & non aliis dicens tibi dabo &c. Et pasce oues meas. Non hoc dixit Imperatori nec Regibus / xp̄s rex regum & dñs dñantium / sed ꝙ plenum est & summū totum suo uicario & locumtenenti in terris comissit sed dicēs contra quia multe sunt singulares leges & instittita que ipse Papa ignorat. Dicitur ꝙ ipse sit in uniuersali illa sicut & in uniuersali etiam confirmat quando dat eis potestatem regendi & impandi i fideles suos non requiritur singularis confirmatio omniū hmōi sin gularium statutoꝝ/ quia dat eis ptãtem ad ista. Constituit eum principem super omnē terram & ut talis fuit ab omnibus xp̄i discipulis & aposto-

lis & Apostolis tentus & reputatus. Preterea omnis lex uirtutem habet ligandi atq; soluendi de & prout est conformis legi diuine & euangelice & regulata per legem eternam/cuius imago & signum est lex diuina huius minister/ & dispensator uicarius est papa. Et prima causa operatur per ſas medias & papa est medius inter deum & Christianos / sicut nec aliqua lex fuit data populo israelitico nisi mediante Moyse qui representat papam/ dicente eodem de utero No.5. ego sequester & medius fui inter deū & uos/ut anunciarem uobis uerba eius. Vnde sic eius electio & confirmatio a papa dependet sic legum & statutorū approbatio. Vnde & antiquitus etiam ex lege diuina & ex sacra scriptura leges humanas assumebāt/nam Pompilius qui Romulo successit in regno per decem uiros leges ex libro salamonis cō scribi decreuit & in latinum sermonem traslatans in .xii. tabulas exposuit/ut dicit Ysodorus in libro ethimo.& iuriscō sultus ponit q cum aliquid addimus uel detrahimus iuri diuino & naturali tūc ius ciuile efficimus / sed q nulla lex habet uim coactiuam seu dissolutiuam ut homines retrahat a malo & conseruet in bono & iustitia nisi ut supradiximus sit conformis legi diuine patet per Aug. in libro de uera religione.c.xii.& libro primo de libero arbitrio dicentem in temporalibus nihil est iustum q non ex eterna lege fuerit/ & in suo poli libro.4. c. 2. omnium legum inanis est censura si uoluntatis diuine legis imaginem non gerat/ex quo sequitur qcqd est iustum iu foro interiori est iustum in foro exteriori & econtra. Sic ergo patet q sicut Imperator recipit a papa imperii temporalem administrationem/sic ab eo recipit institutoꝝ & legum approbationem non malorum enim quia ſm eundem Augu. Leges etiam dici non debent que iniuste sunt/ ac ab omnibus obseruari subditis ex precepto pape iubentur/ut in.c.certum.x. di.ubi papa mandat hoc expresse:ergo & alioꝝ principum & regū rigor & ualor insti. & legum a papa dependēt. Quia si id qd uidetur minus inesse. inest .s. imperatori ergo & id quod magis .s. aliis regibus & principibus orbis terrarum/ hoc etiam confirmatur per eundem Augu.9.di.c.quicunq; Legibus imperatorum que pro dei uoluntate feruntur obtemperare non

uult adquirit grande qericulum qui qñq legibus Imperatoris que ſm dei uoluntatem feruntur obtemperare uult acquirit grande premium & nullius Imperatoris regis uel alterius leges ſeu ſtatuta alicuius roboris uel firmttatis eſſe cēſentur niſi quatenus ſunt per auctoritate pape confirmate & approbate: itaq omnis uis directiua actuum humanorum que in illis continetur& legi diuine conformis a papa deriuatur & iſta de hoc primo Correlario dicta ſufficiāt.

¶ De ſecundo Correlario prime Donclusionis agendum eſt.

Et licet inter aliquos doctores decertatio ſit nō parua an debeamus dicere credo in unam ſanctam eccleſiam aut credo unam eccleſiam. Dico eſſe dicendum ſicut eccleſia cōiter dicit circa hunc articulum nō me areſtando. Fundamentum & aſſumptum huiuſmndi correlariimultipliciter probatur & potiſſimum ſacre ſcripture & Chriſti infallibili & infragabili auctorltate/ut manifeſte illorum perniciosum errorem cōfutemus qui aſſumunt quēlibet poſſe in ſua ſecta & ſuo errore ſaluari aduerſus ſancte & apoſtolice eccleſie unitatem extra quam q non ſit ſalus ſic probatur.

¶ Primo fides Chriſti eſt ſupremū & primum fundamentum q nemo mutare poteſt ſm gloſam ſuper Paulum ad Hebreos undecimo. & ſine qua non eſt bona mutatio. & prime ad Corinthios. 3. Fundamentum aliud nemo poteſt ponere preter id quod poſitum eſt quod eſt Chriſtus Ieſus ergo alia opinio ſeu ſecta alias fundata & edificata ut corruat neceſſe eſt. &.24 q.1. Beda dicit. Quicunq a bonitate fidei uel ſocietate Petri Apoſtoli quodlibet modo ſe met ipſos ſegrrgant tales neq uinculis peccatorum abſolui nec ianuam poſſunt regni celeſtis introire/ tum etiam quia ſm Apoſtolum ad Hebreos.xi. impoſſibile eſt ſine fide complacere deo/hinc etiam extra de trinitate & fide catholica.c.1. dicitur una eſt fidelis eccleſia extra quam nullus omnino ſaluatur. Et hoc multotiens dixit Chriſtus in euangelio fides tua te ſaluam fecit ut pote mulieri/ & eadem mulier

sanguinis fluxum patiebatur Luce.8.idē dicit ceco Math.x. & Apost. ad Galla.2.dicit ex omnibus operibuslegis nō iustificatur homo nisi per fidem/ & ad Ephe.3. Gratia autem saluati estis per fidem & s͠m omnes expos. Per fidem nulla alia lex aut fides intelligitur nisi solum xpiana/hinc sanctus Athanasius in cymbolo clamat.Hec est fides catholica quā nisi quisq̄ firmiter fideliterq; crediderit saluus esse nō poterit.& xp̄s Math.ul. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit/qui uero non crediderit condemnabitur.& Io.x.qs non intrat per ostiū.&c.& huiusmodi ostii clauiger & ostiarius est papa.sed accedit aliunde.s.deuiando atramite catholice ueritatis per scysmata.s. uel hereses aut alias/Jlle fur est latro in patibulo infernali suspendendus. Quid sit fides testantur Ap̄li Paulus & Barna. act.14.& potest sic diffiniri ē assensus firmus alicuius articuli fidei sine excitatione de opposito.Falsum est ergo ac manifeste hereticum q̄ segregati ab unitate fidei& eccle apost. possint saluari.Quinimo etiā diuisus a papa & decisus/est quoq̄ ab ecclesia separatus s͠m beatum Cypri. in.c.scire debes.7.q.1.& iuxta,b. Hiero.44. q.1.c.hec est fides.& s͠m papā Pelagiū.24.q.1.c.scysma.

¶ Sed quereret aliquis hic rationabiliter de tpe quando incepit ecclesia.& relictis uariis modis loquendi multorum. Dico cū beato Aug. qui in nulla arte uel facultate nec minus in philosophia & theologia uenit nisi extollendus.Cuius oppositum quidam doctor modernus dixisse .b.Tho. eidem minime intellecto nec bene uiso falso in p̄hemio suē phisice nuper ascribit.Vnde falsum est dictū.b.Tho. in aliquā doctrinam nec philosophiā diui Augu. spreuisse sed in omnibus & singulis operibus suis & per eccl. apost. approbatis & qui p̄ os saluatoris audire meruit bene scripsisti de me Tho.& cōionem omniū sanctorum & sacras traditiones summe potius ueneratur & extollit sana doctrina & sanctitate repletus.Nec in aliqua ptiū .s. Tho.quos predictus doctor modernus allegauit facit p̄ se imo potius aduersant sibi ut patet uolenti diligenter & mature prespicere & intueri. illas Cū diuo Aug.inq̄ sup p̄s.118. &.128.& in glo. super 12.ad Corinth.4.& idem in sermone de Iacob & Esau. & in lib.de ciuitate dei.Idem pulchre confirmans.& super p̄s.36.

ꝙ ecclesia que est congregatio omniũ fidelium incepit ab Abel iusto & durabit usq̃ ad consumationem seculi & usq̃ ad instans ultimi decedentis. Et loquor de ista ecclesia mili tanti uiatoꝝ & non de triũphanti beatoꝝ que durabit sine fine & ineternum. Et eadem ꝙ sit fides antiquoꝝ & moder norum idem Aug. testatur in dicta glo. sc ad Corin. 4. Sed credebant futurum quod nos iam uenisse credimus & predicamus. s. filium dei nasciturum moriturũ resurrecturũ & ad celos ascensurũ &c. Nos uero iam natum fuisse mortuũ & resurrexisse & ad celos ascendisse. Et sic patet quid dicendum est de prima parte secundi correlarii prime cõclusiõis.

¶ Circa illam partẽ de appellatiõe &c.

Est sciendum ꝙ quicunq̃ pertinaciter defendit aliquid quod est cõtra illa que determinata sunt per. 4. Concilia incurrit heresim/sed in Cõcilio Ephisino prout scribitur. 15. di. c. sic inuenitur ꝙ a sedis apost. sententia nulli appellare liceat/ergo erroneum uidetur esse cõtrariũ/tũ ẽt quia hoc esset credere papam non esse caput ecclesie/cuius quidẽ unitas & firmitas est ex unitate capitis/quã quidem unitatem credere est de necessitate salutis & unus de articulis fidei. scilicet. Credo in unam sanctam Catholicam & apostolicam ecclesiã. & per ecclesiam apostolicam intelligitur ecclesia Ro. ideoq̃ uocat ab oĩbus sedes apo. extra quã nusq̃ ẽ salus & loquor ð iuridica appellatione que fit in scriptis & per petitionẽ apostoloꝝ reuerentialium &c. Et sicut causa prima potest suspendere effectum cause sc agentis ignis ꝙ non calefacit sicut fecit de Daniele & sociis sic de quolibet agente naturali possit/quia non est maior ratio de uno q̃ de alio in ordine ad aliquod possibile/non tñ potest suspendere creature dependentiã & iurisdictionem quam habet supra illã per quã potest quodcũq̃ creatum annihilare & dominium subtrahere quia tunc nõ esset magnus dñs nec creator uniuersaliũ nec oĩpotens. &c. Sic etiam papa licet eximat aliquem prãtem sui prelati cuius effectum iurisdictionis impediat & auferat ne agat in illum uel alium tamen sibi semper r Ro. Pont. supremã & eximiam ac pleniorem sibi relinquens potestatem non potest

ſubtrahere aliquem a iuriſdictione ſupioritate ſua quia quē admodum ſe eſſe caput omnium principum uſe totius mundi primum negaret: ex quo patet ꝙ decretū in oppoſitū & ſic contra ſuam plenariam ptātem quam imediate a xp̄o ſuſcepit facere non poteſt. Et ſequitur ꝙ cū a minori ad maiorem fiat appellatio & collegiū. ꝶ. Cardinaliū ſit minus eo ut inferius probabitur ab ipſo Ro. Pont. ad collegiū Card. non poſſe appellari. ¶ Et rurſus ſequitur ꝙ a papa preſenti ad futurū nō liceat appellari/quia eſſet nunq̄ diffinire litem ſed differre uſq; ineternum/ quia non eſſet maior rō quare a preſenti ad alium futurū appellaretur/ & ſic conſequenter & ſucceſſiue uſq; ad cōſumationem ſeculi & eſſet proceſſus in infinitū ꝙ eſt impoſſibile & pn̄s nobilior & perfectior eſt q̄ ille qui eſt in potentia ſicut actus q̄ potentia/ut dictum eſt & per ꝯn̄s a maiori ad minorem appellaretur in iſto caſu. Et ſi dicatur appellatur ad futurū tanq̄ ſi eſſet p̄ſens tunc infringitur eccleſie unitas & par imparem nō habet dn̄ium/& ſi Paulus appellauit ad Ceſarē tanq̄ ciuis Ro. contra improperantes ei/iſtud non fecit ut ſubditus uel minor/ſed ut ciuis/uel ſi uoluit ſubiici ipſi Ceſari hoc fuit propter humilitatem ſic xp̄s uoluit humiliari corā pilato/cuius non erat ſubditus/& ſic patet ꝙ talis appellatio a preſenti papa ad futurū eſſet friuola/& inanis. Et rurſus appellari ab ipſo ad deum ordine cōmuni & iuridico abſeruato eſſet ridiculoſum/nec admittendū & ſolus papa dicitur eſſe uicarius dei quia ſolū quod ligatur uel ſoluitur per eum habetur ſolutū & ligatum ſm̄ deum ſn̄ia igitur pape & ſn̄ia dei una eſſe uidetur/ſicut una ſn̄ia eſt pape & auditoris eius cum ergo appellatio ſemper fiat a minori iudice ad ſuperiorē ſicut nullus eſt maior ſeipſo/ ita nulla appellatio tenet a papa ad deū/ Vnū Conſiſtorium eſt ipſius pape & ipſius dei cuius Conſiſtorii clauiger & hoſtiarius eſt ipſe papa/nullus ergo poteſt appellare a papa ad deū ſicut nullus poteſt intrare ad Conſiſtoriū dei niſi mediāte papa q eſt eterne uite Cōſiſtorii clauiger & oſtiarius/& ſicut nullus poteſt appellare ad ſeipſum ita nullus poteſt appellare ad ipſum deum quia una ſn̄ia eſt & una Curia dei & pape. Hec Aug. de Ancona in ſua ſumma.

Tū ēt quia talis uidereť ſubterfuere iudiciū a deo in terris in

ſtitutum & iuſtitiã de celo ꝓcedentẽ iuxta illud ṗs. Veritas de terra orta ẽ & iuſtitia de celo ꝓceſſit & beati qui faciũt iu ſtitiã in oĩ tpe cuius miniſteriũ auferre uitã ſimilẽ & moralẽ ab oibus hoibus & mores ipſoꝝ facere feroces & pecorales quod quidẽ miniſteriũ maxime conſiſtit in ui & proceſſu appellationis ꝑpoter ꝙ clamant leges & iura ſi grauaris ap pella q̇ fit ab habentibus ſupiorẽ in terris p q̄d excluditur papa. Tũ ẽt quia iuſtificando ſe appellat iniuſtificat de ne ceſſitate alium .ſ. iudicem a quo & reprehendit illum quod non eſt faciendum ut homo iuſtificetur coram deo iu lumi ne uiuentiũ. Exemplũ expreſſum habemus de phariſeo Lu ce.14. Qui rep̄hendẽs publicanũ expulſus eſt ab eo & econ tra publicanus iuſtificatus deſcendit in domum ſuam. Nec eſt ſic de oratione & precibus iuſti que imediate & inuiſibi liter intrat ad deum appellatio / ut ſic notũ eſt ꝙ non/poteſt intrare/igitur nõ eſt admittenda ſed repellenda penitus po teſt tñ iniuſte grauatus orando humiliter petere iuſtitiam deo qui ſepe Innocẽtes iuuit/ut clare patet in Daniele & Su ſanna utiq; & multis aliis. Vnde dicit per prophetam & mi hi uindictam & ego retribuam maxime ſi fuerint uidue pu pille & perſone miſerabiles omni temporali ſubſidio deſti tute ſuper talibus preſertim deus eſt ultor & deſcendit .ſ. per effectum & afflictionem multarũ penarũ & audire clamo rem qui uenit ad eum de terra utrũ opere compleuerint ex tra de accuſationibus .c. qualiter in .2. & ipſe pupillum & ui duam ſuſcipiet ait ṗs. & uias peccatoꝝ & iniquoꝝ iudicũ di ſperdet/& in hoc etiã nos diuinã ultionẽ uidimus aliquos inq̃ iudices ordinarios aduerſus uota principũ & Ro. Pont. preſertim ad gentes & hmõi miſerabiliũ perſonarũ genus omni humano preſidio deſtitutũ inhumaniter impie & ini que perſecuti ſunt & oppreſſerunt uehementer & cũ magna ſeuitia & feritate. Genus inq̃ innocens & quod nnnq̃ pecca uit ſeu a ſimilibus criminibus extraneum & imune & peni tus alienum exiſtens/agentes inquam inmaniter & oĩs iuris naturalis equitate & pietate omiſſis uidimus enim alios gra ui languore afflictos alios miſerabiliter interiſſe. Et hec mi ſerabiles perſone nobiles .ſ. pupilli & uidua dei ultionum libere agentis cum lachrimis diuinam iuſtitiam implorant

uindictam non nisi contra inique agentes / humiliter imprecantur & expostulant eternam mercedem ab eo sperantes / qui dixit / in patientia ūrā possidebitis aīmas uestras. & qui passus est ꝓ nobis factus obediēs usq; ad mortē crucis xp̄s Iesus iustus iudex fortis & potens terribilis / iudex inq̄ uiuoꝝ & mortuorum / salus uita & resurrectio nr̄a / rectum iuditium suum nimis. Apud quem sicut nulla est uicisitudinis comutatio / sic in die illa iudicii magna & amara ualde / quando celi mouendi sunt & terra / nulla erit personaꝝ exceptio. atq; iudicium durissimum fiet his qui presunt / & pupillos & uiduam suscipiet / & uias peccatorum disperdet. Et hec de appellatiōe ab homine ad ip̄m deum dicta sufficiāt.

Verum si accipies appellationē pro imp̄catione quadā aut orone / licebit iniuste grauitas & opp̄ssis. Non aūt mō iuridico & ut preferꝰ & de quo intelligitur cōclu. & sic ēt loquunꝰ doctores de appellatiōe. Et est quasi appellare sic cōtra ipsum deū / cū papa sit medius & sequester inter ip̄m & homines sicut fuit Moyses / & ꝑpterea Datan & Abiron terra absorbuit quia cōtempserūt sentētiā Moysi numer. 16. Et qui cōtemnunt sacras sententias Ro. Pont. & si nō a terra absorbunꝰ / a demonibus tamen in inferis rapienꝰ. Quia dei locumtenentem spreuerunt in terris.

Sed q̄ nec ad uniuersale Conciliū ecclesia appellari a papa possit. Hic est magis insistendū quia pro nunc magis ad ꝓpositum esse uideꝰ.

Et apparet prīo q̄ sic & q̄ possit appellari a papa ad Conciliū generale. A deuio & obliquo / seu a fallibili ad infallibile & rectum potest appellari. Ergo a papa ad Conciliū. aūt patet / ꝯn̄a probaꝰ / quia papa potest fali & errare & talis cōmunitas non.

Secundo a minori ad maiorē potest appellari / sed maior est potestas in Cōcilio q̄ in papa. Igiꝰ / maior est nota minor patet quia papa mortuo ad hūc manet potestas / i cōcilio igitur. Tertio eminentibus grauissimis & enormissimis criminibus in papa & ecclesiā totā scādalizātibus / potiores terre possunt appellare / nā in simili ꝓuidendū est

maxime quia eminet magnū periculū aīarum & ibi cautius est agendū igit. ¶ Quarto ubi papa uellet directe contra ius & in preiudiciū alicuius priuati principis aut cōitatis/in ferre aliqd damnū tunc puidendū est/&nō uidetur q̄ melius istud fieri possit q̄ per recursum ad principes xp̄ianos& ad Imp.maiestatem & per appellationē hmōi/ig.f. ¶ Quinto bonū commune prefert bono particulari / ergo taliter appellate licet/aīs patet p Aug. & f̄m Phi. ɔn̄a probat quia uīe Cōciliū respicit illud magis qa plures tāgit. ¶ Sexto papa iniuste uellens punire & opprimere ꝑ.Card.& sacrum Collegiū eorundē destruere/tunc ad principes & ad Impa. ac ad ipsum futurū conciliū/ut aīs factū legimus recurrēdū esset ēt p appellationē/ergo &c.

¶ In oppositum atguitur a nullo maiori seu superiori ad minorem seu iuferiorē/licet appellare sed auctoritas Concilii est minor q̄ auctoritas pape/ergo ab ipso ad Concilium non licet appellare/maior colligit ex.c.2.q.6.&.ff.aqui.appel.nō li.l.infra & ex multis aliis locis posset haberi q̄ a superiore ad inferiorem nō licet appellare/ minor uero satis patet ex precedentibus & insequentibus ac in ultimo Correlario responsiuo ad prepositā questionē latius manifestabitur /ɔn̄a nota est/quia in quarto prime figure/ & confirmat manifeste Gelasius papa istud.9.q.3.Vbi inquit. Ipsi sunt canones qui appellatiōes totius ecclesie ad huius sancte sedis examine uoluerunt deferri ab ipsa nusq̄ prorsus appellare sanxerunt & nota uim illorum uocabulorum etiā & prorsus omnem uiam appellandi ab ipso papa ad generale Cōcilium excludentem.

¶ Sed adhuc ista conclusio ratione naturali seu morali persuaderi potest que sumitur ex .3. Ethicoꝝ & ex sancto Tho. in prima f̄e Electio est determinatio Cōcilii/fit enim Concilium ex multis personis ut per illas preponantur diuerse uie ex quibus ille preest Concilio possit unam pre aliis eligere sine papa/ergo sina eius auctoritate in Concilio nulla potest fieri electio.Nam f̄m Damascenū electio est multis preexistentibus unū pre altero eligere/& ideo pristini p̄res sanxerunt merito.17.di.ut auctoritas usium Concilioꝝ ecclesie penes Apostolicam sedem resideret.

¶ Est alia ratio in regimine morali/ ordinem iudiciarium & terrenum nemo potest immutare nisi papa / qui uicē dei gerit in terris. Sed ordo iuditiarius qui uertitur inter homines presupponit auctoritatē pape ad cōcilium conuocandū & auctorizandum / & modum etiam appellationis unius ad alterum ordinādo. Friuola ergo est appellatio a papa ad concilium/cum talē ordinem iuditiarium ecclesia inmutare non possit absq; Ro. Pont. auctoritate. Sed nota ꝙ potestas dicitur equiuoce de potestate pape / & de ptāte concilii quia in papa dicit actum qui est nobilior potentia/ ut supra dictum est/ nam defficiente papa & mortuo/ potest cōciliū sibi prouidere de pastore & papa/est enim habitualiter & radicalr / in ipso cōcilio/ in quo ut sic tātūmodo maior esset tunc q̄ in papa/ quia illa manet perpetuo in ecclesia & congregatione fidelium/ illa uero actualis papa decedente decedit. Si inferatur ergo potentia concilii est maior/nō ualet consequentia. Nec sequitur quia arguitur a posse ad esse & a dicto secundum quid ad dictū simpliciter/ sed bene est maior ut sic dumtaxat / maioritate uero actuali maior est potestas ecclesie in papa q̄ incōcilio quia per illam papa potest agere quando uult/cōciliū uero non/cū appellare sit agere/ importetq; appellatio actionem a papa ad cōcilium non tenebit talis appellatio/ & hec distinctio est ualde notabilis ꝓ solutione multoꝝ argumentorum/ que in hac materia fieri possunt / & uidetur ꝙ sicut maius bonum est bonum ducis q̄ totius exercitus/sic bonum pape maius est/quia totius ecclesie gerargici ordinis papa dux est & caput . Et sicut p huiusmodi appellationem tolleretur talis ordo/ ita amputaret tale bonum quia propter unumquodq; tale/ita & illud maius/ modo bonum exceritus nō est nisi propter bonū ducis/ nam bona producta a deo oīa sunt bona & ualde bona /q̄a uidit deus cuncta que fecerat& erant ualde bona in se/& ſm Aug. propter ordinem quem habent ad inuicē/ itaq; modū inordinatum seu aliquam deordinationē etiam ipse deus facere non posset ſm beatū Tho. Sed hunc ordinem iudicialium ipse deus apposuit/ut patet in libris iudicū/& uoluit similiter suū apl̄m Paulū appellare ad cesarem & nō ad aliqd Conciliū/ ergo a papa ad Conciliū appellari nō potest/ nisi

Cuius enim est instituere aliquā ptātem illius etiā est destruere illam/ patet quia ad eandem artistā pertinet hec cōiter & in magnis & eminentissimis edificiis hoc est manifestū/sed deus gloriosus/ ut supra ostensum est immediate ipsam ptātem papalem & auctoritatem instituit/ergo ipse solus potest illam auferre/ minuere aut ampliare nec creditur posse de potentia ordinata magis ampliari/quia deus non est diminutus nec minui/ quia non est superfluus/nam opera dei perfecta sunt maxime in his que salutē animarum fideliū concernunt. Scdo patet/quia ptās papalis est ceteris oībus superior/ut patet ex pmissis/cōstat igitur a nullo posse restringi aut ampliari:añs patet/ꝯña pbatur quia restringere aut ampliare ptātem alicuius/superioris est.& cōfirmaē per illū.c.q̄uis di.21. Tertio p3/ quia si hoc esset maxie fieri posset a Cōcilio usi/sed hoc nō ut infra probabitur/igiē ꝯña p3 a fortiori & cōfirmaē per illud.c. inferior di.21. imo est articulus fidei diffinitus in Concilio Constañ. ēt quod ptās pape sit supma in eccl. Quarto p3/ quia in fundamento super qđ fundatur ecclesia nullus pōt tāgere augendo uel minuendo aliter tale fundamētum esset tenue uel superfluum/sed in papa fundaē eccl. & est ī ipso tāq̄ uero successore petri ut p3 ex premissis/ ergo nec ampliari nec minus restringi ab aliquo pōt citra deū quod est conclusio cōfirmaē per il. quod scribit Vigi.pa.dilectissimo suo frī Eleu. & in quo excellentia Ro. eccl. manifeste insinnaē. Nulli inquit uel tenuiter sciēti/uel pleniter sapiēti dubiū est/quod eccl. Ro. fundamentum sit & forma ecclesiarum (Ecce q̄ aperte cōcludit) a qua subiūgit oīs ecclesie principium sumpsisse

nemo recte credentiū ignorat/& confirmatur istud idem in snia per .c.omnes.22.di. ubi dicitur ꝙ qui Romane eccl.pri uilegio ab ipso summo oīum ecclesiaꝝ capite conatur resi- stere hic procul dubio in heresim labitur. Et precipuū oīum priuilegioꝝ datum a xpo est ipsa plenitudo ptātis notū est & sua potissima dignitas. Eadē est snia Nicolai pape cuidā Michaeli Imperatori scribētis sic Priuilegia sedis apost.nul- latenus possunt augeri/nullatenus minui/nullatenus infrin- gi/nullatenus cōmutari qm̄ fundamentū quod deus posuit humanus nō potest auferre cōatus & ꝙ dn̄s statuit firmum ualidūq; consistit.Illi igitur potissime peccant/ qui dei ordi nationi resistere temptant/ nec obmittendum esse uidemus hic ꝙ Greg.9.ait contra presumptionē cuiusdam Michaelis Constantinopol. Quisquis Ro. eccl. auctoritatē uel priui- legia euacuare uel diminuere nititur/nō hic unius eccl. sed totius xp̄iaitatis subuersionem& interitū machinatur cuius cōpassione uel sustentatione ulterius respirabunt filie a quo uis oppresse unica illa suffocata matre ad cuius refugiū ap- pellabunt ad quā refugiū habebunt: ipsa enim Athanasiū ipsa oēs catholicos suscipit fauet defendit & ꝓpriis sedibus pulsos restituit.hec ille. & multum egregie.Probatur etiam quia ipse est uicarius dei /ergo non nisi a deo pōt eius ptās astringi uel ampliari / ꝯña nota est/ & an̄s patet ex superio- ribus/& per ista patet error illoꝝ qui in hac parte Iersonem sequuntur opinantem in suis operibus contrarium.Hec pro ista parte conclusionis dicta sufficiant.

¶ Sed quod papa non subiiciatur legibus & statutis Concilioꝝ. &c.

Probatur nullus princeps subiicitur legibus quas ipse statuit/sed papa est supremus prin- ceps.Vn̄ uis omniū legum (ut supra dictū est) uigorē habet & firmitatē/ergo ipse non subiicitur legibus & statutis hu- iusmodi/maior patet/quia nullus statuit aut inducit arma ꝯ se/nec istud intendit princeps condendo legem seu aliquod statutum ad istam conclusionis difficultatē sequendo .b. Tho.in.2.2.q.98.ar.6. dico sub distinctione ꝙ sm quod lex

seu statutũ de sui rõe duo habet primo.s.quod est regula hu manorũ actuũ & a diuina & eterna lege regulata si iusta est & lex dici debeat. Scdo prout habet uim coactiuã/ & sic du pliciter aliquis potest dici subiectus legi. Vno mõ sicut re gulatum regule & isto mõ omnes illi qui subduntur pote stati subduntur legi quã fert ptãs. Alio mõ sic coactiue co genti & hoc modo hoĩes iusti & uirtuosi nõ subduntur legi sed solũ/mali leges ergo ille nihil possunt qa nõ hñt uim co actiuam/ut probatũ est superius de pape ptãte igitur legibus & statutis quibuscunq; p positionem humanitus traditã nõ subiicitur papa/quia nullus proprie de iure naturali colligi tur a se ipso & dico notantur humanitus tradite &c.propter legem diuinam que est a deo tradita quam tenetur obserua re papa/quia non est maior christo perfectissimo deo & ho mine qui licet foret impeccabilis nõ tñ uenit soluere legem sed adimplere & debet uiuere moraliter ac sapienter & sm quatuor uirtutes morales/presertim illas que Cardinales ap pellantur que sunt prudentia iustitia temperantia & fortitu do/ & dicuntur cardinales/quia circa cardines sic uoluitur moralis & fulget cũ quadam exquisita uetustate quecunq; dignitas aut potestas habẽs eas habet potissimos uirtutum habitus inclinantes ad actus omniũ alioꝝ uirtutum mora linm/& iste uirtutes a theologicis & oẽs leges humane ab istis oĩbus deriuantur/& ex illis si recte fuerint nutriuntur/ sed de istis alias dicemus. Nec propter transgressiones ipsa rum sicut nec leges diuine nisi propter heresim proprie sum ptã põt ab aliquo citra deum iudicari pro grauissimis tamẽ peccatis & eccl. totam scandalizantibus potest/ ut dictũ est supra caritatiue hortari/sic igitur princeps supremus dicitur solutus a lege/quia nullus i ipsum potest iuditiũ condẽna torium ferre si cõtra legem agat sicut ipse per iurisdictionẽ coactiuam in quoscunq; principes terre legitima exigente culpa exercere deponendo ipsos.&c.ut superius deductum extitit/tñ de bene esse seu quantũ ad uerã directionẽ & ut ex emplo suo persone simplices in debitum humane uite faci lius deducantur & leges & statuta sancta obseruent debet ea obseruare.& ius in.c.cum oẽs extra de const.ꝙ quisq; ius qđ in alium statuit ipse eo uti debet & dictum sapientis est

patere legē quā tu ipse tuleris/est enim super omnia statuta & iura positiua & notū est q̄ uis coactiua & actiua legis trā∙sit i inferiorē tanq̄ in subditū & passum & non in superiorē agentem. Et sicut in naturalibus ignis agit in aquā & non potest proprie agere in se ipsum/ipse .n. papa est agens sup̄mus in terris oium iurium positiuoꝝ informando illa per formam .s. uim obligatoriam/ que a lege eterna primordi∙aliter regulatur & oritur. Ipse enim papa multis uiris sapiē∙tissimis est semp fulcitus & circundatus sciencie & sapientie ꝑ totius orbis & christiane religiōis regimine & gubernio plenitudinem habentibus/unde ipse papa habet oia iura in scrinio pectoris sui/ distribuit illa sicut placet ei & dispēsat/ restringit/ ampliat/ confirmat/soluit/ dissoluit/ligat/capit/ relaxat/ claudit celum& aperit in uirtute clauium/ipse enim clauiger & ostii celoꝝ(quod est xp̄s)ipse est ostiarius & qui per ipsum renuit intrare fur est & latro alimonie spiritualis cibiq; animaꝝ nostraꝝ ipse pastor pascit &non pascit qn̄ & ubi uult esurientes replet bonis & diuites dimittit inanes & potentes de sedibus suis humiliat & exaltat pauperē facit & ditat/nam totius precii & thesauri celestis ipse thesaurarius & distributor & dispensator opulentissimus gladius/ quem Petrus predecessoripsius reddidit in uaginā/suus ē & potest eum euaginare bellum incitando contra infideles rebelles quoq; & resistentes eidem nullum habens in potentia forti tudinis parem in terris nec equalem/ omnia subiecisti Chri ste sub pedibus eius & principē mundi faciendo ipsum oīm terrenoꝝ ptātuum regumq; & principum regem & supre∙mum constituisti Imperatorē nullis alioꝝ legibus subditū sed oīum legū & iuriū superiorem & conditorem instituisti omnia uniuersaliter iudicans a nemine ipsum uicariū tuum in terris iudicari pmittis omnia iura positiua in scrinio pec toris & animi sui recondens/& q̄ fortius est papalē ipsam supremam ptātem malis etiam Pont. ut supra probatum ex titit/equaliter conferri disposuisti siue permisisti quā etiam uenerari timeri & honorari huiusmodi ptātem & officii gratia dignum fore superius insinuatum est. nisi tales hereti ca prauitate infectos liquido cognouerimus. Et hec de ista conclusione dicta sufficiant.

¶ Circa primum Correlarium huius tertie Conclusionis q Concilium uñis ecclesie nõ habet immediatã auctoritatẽ a Christo seu potestatem sine papa.

Arguitur primo auctoritate illa Deutoro.17.si difficile & ambiguum apud te est iuditiũ.&c. surgesq ad locũ quem elegerit dñs deus tuus/ueniesq ad sacerdotes leuitici generis facies quecũq dixerint tibi nec declinabis a dextris neq a sinistris. Vbi glo.hoc quoq in eccl. seruandum est/ergo sequitur q generale Conciliũ in loco quem elegerit dñs audiendum est in snia sua nec declinandum a dextris neq a siuistris.

¶ Secundo xp̄s dixit omnibus Apost. Math.18. Quecũq ligauerit in plurali/sed Ep̄i & prelati habent locũ apost. igr̃ ipsi possunt Conciliũ celebrare immediate a Christo potestatem accipientes.

¶ Tertio p illud eiusdem.c.ubi fuerint duo uel tres in nomine meo congregati ibi sum ego in medio eoꝝ. ergo uidetur q a presentia Christi Conciliũ capiat immediate ptãtẽ & non a papa.

¶ Quarto ex illo Io.xx. accipite spiritum sanctũ,quoꝝ remiseritis.&c.ergo Conciliũ sine papa &c.

¶ Quinto arguitur ex conciliis uniuersalibus primo ex octaua synodo in qua potiores Concilii congregati in damnationem Focii ita dixisse legunt.

¶ Sexto hoc uidetur etiam contineri in quodam decreto Concilii Constantien.

¶ Septimo papa mortuo uel capto a barbaris aut similiter ecclesia habet auctoritatẽ a xp̄o imediate/ igitur patet ꝯña. Nam aliter non sufficienter prouidisset ecclesia sue xp̄s / ergo &c. Et ideo aliqui tenent istud fide tenendum esse & subiiciunt ptãtem papalem ipsi Concilio.

Sed in oppositũ arguitur/corpus sine capite aliquid agere non potest naturaliter/igitur Conciliũ quod est corpus ni hil potest facere sine capite quod est papa/nihil inq̃ uitale.i. habens aliquẽ ualorẽ seu efficaciã & ꝯña patet a simili & cõfirmatur per Ysidorũ & per cõem me

dicorum sniam qm̄ omnes nerui & corporis sensus inde ini tium capiunt atq; ex eo omnis uiuendi causa oritur/ & ultra bene sequitur/ergo est contra ratione naturale/ergo potius contra fidem q̄,ex fide que contra ius naturale dependes ex diuino non est/licet bene super naturam tn̄ non contra. Secundo arguitur sic/talis assertio repugnat euangelio igit̄ nullo modo est admittenda ꝯn̄a nota est an̄s est ipsius xp̄i dicentis Io.ult.Symon Io.Pasce oues meas.dixit hoc Petro singulariter & Crisost.super hunc locum Petrus super om̄s qui filii sunt accepit ptātem/ ergo a papa Conciliū immedi ate recipit ptātem. Tertio arguitur per illud Io.x. Erit unū ouile & unus pastor/confirmatur/quia tunc Conciliū esset alius pastor/ergo non unus/hoc est repugnans dictis xp̄i/er go male dicitur.Quarto istud repugnat uni articuloꝝ fidei igitur/ꝯn̄a nota est/an̄s probatur/quia credimus unā sanctā catholicā eccl.Et cōfirmatur/quia ista unitas resultat ex una suprema ptāte papali/ ut supra etiā declaratū est / & deducit̄ pulchre ex.b.Tho.in.4.di.24.& habetur ex glo.Math.16.& eadē est snia Cypriani ad.5.presbyteros scribens/deus unus est xp̄s/una ecclesia/una & cathedra una supra petrū dn̄i uo ce fundata/aliud altare construi aut sacerdotiū nouum fieri preter unū altare & unū sacerdotiū nō potest quis alibi col legerit spargit adulteriū est/impium est/sacrilegiū est/ quic quid humano furore constituitur ut dispositio diuina uio letur. Quinto istud repugnat dispositioni diuine/ igitur ꝯn̄a patet/an̄s probatur per Pħm .3. politicoꝝ & .9. Ethi. q̄ suprema ptās eius non est in multitudine sed in uno totius multitudinis principe siue capite locata sit confirmatur qm̄ diuina prudentia hunc hierargicū ordinem sic disposuit & constituit potissime inter electoꝝ suoꝝ unū ouile & unum pastorem/sed q̄ in eccelesia sua sit tale regimen monarcicū optime probat.b.Tho.cōtra gen.c.76.& bene attestatur Iu lius papa in.c.nolite errare di.xi. Sexto hec assertio dero gat honori & priuilegiis eccl. apo.igr̄/ ꝯn̄a p3/ an̄s pbat̄ ex di.17.p to.& ex.c. consulimus.25. q.1.& ex.c. significasti de elect.& ex multis aliis locis. Septimo ista assertio subtra hit obedientiam debitam Ro.Pon.ex.iure diuino/igit̄ ma la assertio & falsa/consequentia patet/antecedens probatur

per.c./qui sunt di.8r. Vbi inquit beatus Greg. peccatū paganitatis incurrit quisquis dum xpianum se asserit sedi apost. obedire contemnit/& uide ꝙ multum nota in extrauaganti Bonifacii unam sanctā eccle.sedes apost. diffiniuit de necessitate esse salutis omnem hominem subesse Ro.Pon.qui autem se dimiserunt ab hac obedientia si qui illi sint i quo statu sint iudicent ipsi ex his. Octauo ista assertio manifeste repugnat diffinitioni sedis apost. & sanctorum doctorum sententie/igitur mala/ꝯña patet ex terminis / añs uero probatur ex .c .s. finisti extra de electio. ubi Pascasius papa dicit omnia uniuersalia Cōcilia per ecclesie Romane auctoritatem. & facta esse & accepisse roborem. dicit etiā beatus Tho.in lib.contra impugnan.re. Christi/ꝙ sine auctoritate Ro.Pont. & eadem interueniente Concilium congregari non potest. Conclusio hec assertio ab ecclesia tollit hierargicum ordinē ergo mala/ꝯña patet/ añs notum est supra immediate.& confirmatur per Dio. li. de ecclesiastica Ierarchia qualiter ista est ad instar celestis & triumphantis ecclesie ubi oēs actus depēdēt ab uno principe.s.deo.&c.Ex quibus manifeste patet nō ad uirtutem fidei pertinere ut aliqui errantes defecerunt & arbitrati sunt Concilium uniuersale potestatem seu auctoritatem immediate suscipere a Christo ēt absq; assistētia Ro.Pont.& assensu/quod est ꝯ ueritatem.

¶ Et ad rōes ante oppositū ad primā negatur ꝯña & ad auctoritatem dr/ꝙ nō est ad propositū quia nō loquitur de cōcilio generali/quia tunc nō erant in usu / sed potius facit ꝓ nobis/ut in arduis occurratur ad Collegiū Card. & ad sum. Pont. & glo.hoc indicat & hec solutio rite &bene corroboratur ex dictis Inno.in.c. per uenerabilē extra qui fi.sunt le.

¶ Ad.2. dicitur simpliciter negando ꝯñam nec illa auctoritas facit ad propositū.Tū primo/quia xp̄s locutus est Petro non collegio cōgregatto sed singulariter.Tū scđo/quia ibi erat Petrus cui dicit in celis & non in celo ad denotandum excellentiam Petri super ipsas .Tum etiam/quia hoc nō fuit absente Petro;/Tum etiam/ quia ipsi primo & singularius dixit. Tibi dabo claues regni celorum/tum etiam dicitur ꝙ data fuit potestas eis ordinis & non plenaria iurisdict. sicut Petro/quē singulariter & pastorē & principē eoꝝ cōstituit

Petro/quem singulariter & pastorem & principem eorum constituit & in exercitio ptātis iurisdict. uirtute clauiū indi gebant quas solummodo Petro & nō Collegio seu Conci lio contulisse legimus/& si bene respiciatur dicta auctoritas ut constat/plus pugant contra aduersarios & magis pro nobis est militans/preterea soli Petro dixit xp̄s/propterea pro te oraui Petre ut ne deficiat fides tua tu aliqñ conuer sus confirma fratres tuos. Hanc orationē non ascribit con cilio nec minus confirmationē alioꝝ.ut plenius in respon sione tituli questionis dicemus.

℄ A tertium dicitur ꝙ ex illa auctoritate & ex ratione non potest argui ꝙ ideo conferatur/talis ptās iurisdict.quia tūc in qualibet congregatione mulieꝝ siue uiroꝝ daretur ista potestas/ꝙ afferre esset absurdū & incidere in errorem ual dentium/qui omnes sanctos homines claues ecclesie habe re presumpserunt.

℄ Ad quartum dicimus sicut ad secundū. Ad quintū nega tur ꝯña/quia ex uerbis illius synodi nō potest haberi ꝙ illā ptātem immediate habuerunt a xp̄o/alioquin cū omnis po testas sit a deo ſm apost. oīs talis esset immediate/quod nō est uerum.& sic cōmittitur fallatia figure dict.

℄ Ad sextū negat̄ ꝯña ut declarabitur in sexta cōclusiōe.

℄ Ad septimū uero que maxima aliquibus esse uidetur ne gatur assumptū immo melius prouidetur sic ecclesie nā ual de laboriosum & graue esset si in similibus semper conuo cari oporteret generale Cōciliū & ideo sancti patres merito prouiderunt ut notatur in.c. ubi periculū. Idem quoq; li.6. ut citius cōcurrant Card. ad electionem & creationem Ro. Pont.In quoꝝ collegio ut in radice persistit/ tunc talis ptās nec habet illā plenissimā ptātem nisi ſm quid de quo aliqd supradiximus/& in quolibet magis dicemus. Et hec de pri mo Correlario tertie conlcu.. dicta suficiant. Secundū uero correlariū satis superq; satis ex premissis corruit & constat esse uerum & magis infra dicetur. &c.Et ulrta quia christus specialiter singulariterq; locutus fuit utens isto sermōe sin gulari& īdiuiduali xp̄s:pasce.Tibi dabo/& ego dico tibi/qa tu es Petrus & super hanc petram/ & ter examinauit ipsum Petrum Io.21. quando sibi ecclesiam cōmisit dicēs trina in

terrogatiõe facta pasce oues meas q̄ nõ fecit collegio neq̄ ecclesie. Et rursus Petre pro te oraui ne deficiat fides tua/& tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Vnde ex his uerbis que in euangelio passim & expresse cõperiuntur ex hac immediata locutione quã nusq̄ ecclesie nec cuiq̄ collegio legimus fecisse. Et uniuersaliter dicendũ est nihil posse collegiũ Card. papa mortuo nisi q̄ ẽ eis per statutũ eiusdẽ predecess. cõmissum. & Io. 14. Christus dixit Apl̄is sine me nihil potestis facere constat ipsi Petro / & per ɔ̄ñs cuilibet uero successori suo ptãtem eidem & nõ Concilio xp̄m contulisse satis manifestat/nam ut constat ex ui sermonis non important nisi singularem & immediatam uni indiuido .s. Petro ptãtis amplissime collationẽ & quecunq̄ conditiones indiuiduales / & effectus collationis hmõi continuationem perscrutaris nõ aliud recte si iudices lector quicũq̄ fueris sapiens comperies q̄ Petro, & nõ Concilio hanc immediationẽ xp̄m operatũ esse. Et uoluit immediate ipsa diuina prouidentia ipsum Petrum & primum & supremũ esse uicarium suum in terris/& non sic collegiũ aut uniuersale Concilium/quare friuola est aliquorum & aduersariorum opio eorum presertim ipsum uicariũ Christi & sum. Pont. alteri in terris subiectum fore existimarunt a quo posset etiam citra heresim proprie sumptam iudicari & male.

¶ Sequitur quarta Conclusio.

Hec conclusio licet emanat ex predictis & auctoritatibus xp̄i immediate deductis quibus firmissimã fidẽ adhibere necesse est/& fuerit iam circa unitatẽ ecclesie unius principis qui est papa supremã ptãtem in ecclesia ipsa habere esseq̄ fundamentum super q̄ ecclesie uniuersalis edificium erectũ est credamus atq̄ ideo unam sanctam catholicã & apost. &c. fidesq̄ ipsa hanc eduerunt sñiam/& ut ex superioribus manifeste constat illam supremam papalẽ ptãtem a nullo posse citra deum restringi aut ampliari/nullumq̄ habeat superiorem nisi ipsum nihilominus ut luce clarius istud etiam atq̄ etiã dignoscatur hanc nostram positionem sic extollere nitimur ut dicamus

iuxta sanctorum patrum traditiones hanc papalem ueri & indubitati pape ptātem oēm creatam post Christi potestatē aliquo modo superare/& per ɔn̄s illā Concilii uñs que creata & manifeste dinoscitur extendens se ad celestia/ terrestria & infernalia ut de ipso papa possit illud ps.8. de Christo dictum.Omnia subiecisti sub pedibus eius oues & boues uniuersa insuper,& pecorum campi uolucres celi & pisces maris & abs te quia ipse uices Christi gerit & est eius uicarius quo ad celestia uolucres quod ad infernalia dicit pisces maris p uolucres celi designat angelos bonos & malos habetur in euangelio & qūo papa clauiger celestis Concistorii claudit celum affectum malorū angelorū & malignorū spirituum complet in hoc quomodo aperit seu inducit aliquos ad penitentiam gaudent superiores & celestes spiritus/ quia scriptum est in euangelio/gaudium est angelis super uno peccatore penitentiam agente &c.& quia de hac suprema potestate multa diximus in superioribus reliq̄ circa hāc ꝓpōnem in penultimo Correlario dicturi simus ad ultimam partem istius quarte conclusionis transeundo / illā contradictionis assertionem comprobamus sic. Omnis illa propositio que infert unam copulatiuā de partibus sibi inuicem contradicentibus est impossibilis sed dicere papam habere plenitudinem iurisdict. etiam coactiuam sicut Christus & illam non posse ad sui libitum exercere est inducere unā copulatiuam de partibus sibi inuicem cōtradicen. ergo talis positio est impossibilis/ɔn̄a patet quia in tertio prime maior est pbī in lib.priorum/nec in bona & uera logyca dari potest instantia/ minor uero ꝓbat͛ aliquē hr̄e plenū posse ambulādi est uerū & idē nō posse ambulare est uerū/est ꝓpō copulatiua / quia constat ex duabus cathegoricis coniunctis per istam copulā &/& tamē impossibile est esse sicut per ipsam significat͛ esse quia dixit idem uerum esse & nō uerum respectu eiusdem/& in eodem tpe/ergo omnino a simili arguendo eodem & pari modo arguendo papam habere plenum posse seu iurisdic. coactiuā & papam nō potest illam exercere/ sicut dicere papam habere plenum posse iudicandi est uerum & papā non habere plenum posse iudicendi est uerum / & confirmatur/ quia habere plenum posse/ ergo habere posse bene sequit͛/

quia arguitur ab inferiore ad superius affirmatiue non potest ista calumniari ꝯña'/quia termini tenentur eque ample eque restricte & sunt eodem modo supponentes quare talis asertio si esset uera primum principium destrueretur nec deus ipse potest facere ꝙ implicat contradictionem propter imperfectionem rei que non est factibilis & non sui/sed ꝙ Christus ipse habuerit potestatem coactiuam & talem iurisdictionem patet/quia omnipotens / quia perfectus deus & perfectus homo / & potuisset adduxisse multas legiones angelorum ad plene exequendum illam & in prelatos & in alios & oblatus est/quia ipse uoluit circa ꝙ diximus multa in superioribus ac in declaratione prime Conclusionis/ & qualiter noluerit ipsam exequi ibi notabis. Habet igitur papa plenissimam potestatem iurisdictionis etiam coactiuã & ipsam loco & tempore in quo suumq; potese ad libitum exercere & ad nutum quando & ubi uidetur sibi faciendũ. & in quibusuis placuerit sibi. Et hec dicta sufficiãt pro tota ista quarta Conclusione.

¶ Sequitur primum Correlarium huius quarte Conclusionis.

Pro quo sciendum est ꝙ per necessitatem in proposito intelligimus/ & pro nunc illam/ que lege carere quodamodo uidetur / scilicet in casu quo aliter honor sublims sedis apostolice & principalis potestatis preeminentia conseruari non posset / & ne dum ecclesia ipsa uniuersalis sed fides pateretur detrimentum aut grandem alterationem & apostolica sedes ruinam aut quando secus status supremi Pontificis decenter stare & uiuere/ non posset propter ꝙ non reuerentur illum sed potius suam auctoritatem opinio uulgi & simplicium contemneret alios reges & potenter opulentius & in familia longe opulentius uiuere propter ꝙ debita fidelium obedientia in simplicibus maxime attenuaretur uel scysma aliquod dãnosum quod & grauissimum omniũ peccatorum existit & periculosum nimis noceretur aut papa captiuaretur & multũ a magnatibus eidem subditis deprimeretur aut ad corũdem notoriã rebellionem & resistentiam illicitam & iniustã afr resistere

non possēt etiam auferentes bona ecclesie directe pertinēti impedire non possēt/nec minus paganoꝝ & infidelium ad uersitatem contra ecclesiam & fideles Christi auferre nō ua leret in similibus ut sibi prouideat/etiā accipiendo pro offi ciorum & beneficioꝝ collationibus aliquā pecunie alimo niam & maxime non taxatam sed incertam a multis & di ctis necessitatibus dūtaxat occurrentibus uel aliqua illarum non uidetur indignum sed magis pium esse putamus/& ut sic non intendit.b.Tho. ꝙ papa cōmittat simoniam/ uel su mit ualde stricte prout cōprehendit uenditionem rei mere spiritualis ut gratie & sacramentoꝝ que dependēt ex expre ssa prohibitione iuris diuini siue diuine legis/de qua ego ī proposito non loquor sed solum intendo cōclusionē meā esse ueram de simonia iuridica & que a iure positiuo depen det seu cauetur ex eo & solum dictis causis occurrentibus/ quia idem iuuaretur a seipso uel per seipsum sicut bonum est uendere calices pro erectione templi uel altaris ut missa ibi celebrari possit & sacrificium in salutem uiuoꝝ & de functoꝝ/propter ꝙ nihil acceptius deo esse potest nec cha rius ipso sacrificio altaris uel missa. propter ꝙ etiam uiuen tes ipsa beneficia construunt & fundant capellas& ecclesias ac alia loca pia sedis apost.gloriam & conseruationē& aug mentum explicite uel implicite intendentes cum sit oīum aliaꝝ prima siue caput/defensionemq; & manutentionem precipue cupientes & nullis tpibus deprimendā sentiunt.Et idem de officialibus dicte sedis apost.opinandū est. Ex qui bus duo inferuntur.Primū istud non esse simpliciter cōtra uoluntatem instituentiū/patet.quia de necessitate salutis te nētur nolle ruinam uel detrimentū apost.sedis seu ecclesie uel fidei/ergo uolunt istoꝝ augmentū & honorem / patet ꝯñ1 per locum a contrariis.Vnde bene sequitur/ nolo mor tem peti quem amo siue colo/ergo uolo uitam . sed de his magis alibi dicemus deo dante.Vnde papa nulli facit periū dicium/& presertim illis qui ex suis sic instituentes pro ec clesie uniuersalis incremento cuius caput est papa interpre tatiue saltem hoc faciunt & tradunt que sua sunt ecclesie cū ius membra existunt & corporis mistici cuius caput est ue rus & indubitatus papa. Secundū contra naturam esse uide

mus membrum caput non iuuare & conseruare/ quinimo sensus aliqua desuper in premeditata & celeri peripientes ruinam aut alicuius lapidis casum quodam instinctu nature etiam non considerante spiritu proclipeo manũ super caput subito apponimus/ut sensualitas/ absq intellectu sicut primum & principale membrũ custodire studet. Ista enim naturalia esse censentur & ideo sunt immutabilia & non alteranda .s. di. per totum/& infra de iu. natu .§. sed naturalia qp & serpentes faciunt intercludunt & retrudũt caput intra caudam & totum corpus ut incussum ipsum precipue & presertim custodire possint xp̃s dixit apostolis estote prudẽtes sicut serpentes & simplices sicut columbe / ac si diceret cum omni humilitate & pacientia pro defensione & honore capitis quod est xp̃s corpus ad omne supplicium & flagella exponite cum subiungit/ tradent enim uos in Conciliis & flagellabunt uos. Ex quo sequitur/qp si corpus nostrũ pro defensione sedis apost. & capitis quod est papa exponere debemus a fortiori bona ipsa comparalia que pro capellis & beneficiis elargimur ꝓ uiuo capite & papa & eccl. uſi ac fide causis prefatis eminentibus gratis exponi uelimus dignum est/& si dicatur contra non est faciendum malum ut inde bona sequantur. Rñdendo negatur presuppositum/immo ex bono & in eadem specie boni maius idem bonum fit/& sequitur ideo fore melius/ & talis applicatio per ipsum Ro. Pont. facta est boni ad bonum & liciti ad magis licitum honestumq & necessarium. sed hec applicatio i capite solum & non in membris inferioribus est promissum .i. si papa istud sic facere potest hoc inferioris prelati nequeunt absq simonie labe exercere/ quia papa est dñs absolutus & dispensator uſis omnium bonorum ecclesie / alii uero sunt speciales & particulares dispensatores & ministri ipsius & neq possidere talia possunt nisi haberent potestatem ab ipso papa deriuatam aut hoc uellet expresse uel subintellecte. nec papa dispensaret cũ eis ut possint cõmittere licite simoniam. Sed dices contra simoniaca heresis ceteris est damnabilior / igitur a papa est uitanda/ ꝯña uidetur nota. añs ꝓbat. i.q.i. Scđo simonia a Petro prio fuit dãnata/ergo a pa. debet poti⁹ ẽt dãnari q̃ cõmitti/ꝯña p3/añs p3

L

per illud actuum .8. pecunia tua/ait petrus tecum sit in pdi tionem. Tertio dānati a deo sunt qui emunt & uendunt spiritualia iuxta illud ꝙ contiñetur.1.q.3. Quarto xp̄s eie cit ementes & uendentes de templo ad denotādū istā labē fore ab ecclesia eiciendā/ergo & uicarius xp̄i papa istud fa cere debet. Quinto cepit Iesus facere & docere / ergo si ipse faciat qui gerit uices eius/ ceteri prelati facere possunt patet ꝯña quia facta sua immitari debent qui gerunt uices apostoloꝝ & sicut apostoli xp̄m pre alios immitabant͂ cū oīs uite xp̄i actio nr̄a sit instructio & ꝙ agitur a prelatis fa cile traditur a subditis in exēplū & Augu. de Anco. in sua summa de ptāte pape & multorū doctoꝝ cū eo qui tenent hanc opinionem ꝙ papa non pōt cōmittere simoniam eo quia ipse legibus noscitur esse absolutus saltē positiuis/ er go ab ipsis ligari non potest & ideo simonia que deriuatu ab illis & non a lege diuina seu naturali/ non cadit ī papa qui est super illas & ut superius dictū est / nam princeps est solutus a suis legibus & statutis ut .l. princeps .ff. de leg. nam princeps pex propria lege non ligatur/ ergo a fortiori nec papa a simonia hm̄ōi alligari non pōt & ꝙ fortius est receptio pecuniarū pro hm̄ōi collatiōibus beneficioꝝ &c. in ipso nullā diformitatem si fiat ex causis p̄missis impor tare uidetur immo est actus licitus in eo/in aliis uero semp malus peruersus & iniquis. Vn̄ si episcopus statueret ꝙ lu dens ad taxillos solueret decem talenta certū est ꝙ ille nō ligaretur tali statuto ut bn̄ notat Io. And. in.c. cui licet de re iudicata li.6. ꝙ pape placet legis uigorē habet/ puto aūt motiuum eoꝝ & fundamētum fuisse quia benefitia & apo stolice curie offitia non simpliciter mere spiritualia esse ui dentur quia offitia hm̄ōi emere laicis & secularibus exerce ri quandoꝗ uidemus & benefitia fundant͂ ab ipsis mere se cularibus iuspatronatu retinētibus cui propterea papa nō uult cōiter nec intendit derogare nisi ꝯm partem & que ī bullis & litteris aposto. dicitur pro medietate dispensatum & uidimus sepe istud in cur. praticatum / & similiter dant͂ ab ipsis fundatoribus bn̄ficiorum pro substentatione uite bona temporalia nā aliter deseruire non possunt & dignus est mercenarius mercede sua / & nō propterea ut sacrificet

ibi seu propter sacramentum simpliciter sumptum/uel si sic est partim pro uno & partim pro alio. S. ut sacrificetur ibi & celebretur & partim pro uictu tunc habet etiam propositũ quia non est mere spirituale sic ille qui tradit unũ Iuliũ uni pauperi sacerdoti ut celebret unam missam pro eo dat sibi pro actu celebrationis uictum illius diei/non tñ ideo intendit emere Christũ in illa missa deo patri oblatũ/ quia tunc esset talis collatio simoniaca & magnũ peccatũ/similiter de edificantibus & fundantibus beneficia ecclesiastica dicendũ esset/sed dices ergo ipsi patroni ipsa beneficia ẽt uendere possunt negatur consequentia/quia quod semel ecclesie dedicatum est in alios usus transferri nõ potest /uerum si patrõi sint constituti qñq in paupertate & inopia dignum est ut beneficiati prouiderent eis ꝑm quod possunt & ualent & ultra lege caretur ut non uendatur beneficiũ que papam non ligat & qui est dñs absolutus temporaliũ & spiritualium & ut est dicendũ ad argumenta que possent fieri de aliis prelatis ecclesiasticis q oẽs sunt pape subditi & iferiores & legibus subiecti possunt. Secundo mõ capitur spirituale simpliciter seu prout est merũ spirituale ut est gratia & diuina que a solo deo confertur iuxta illud gratiam & gloriam dabet dñs res sacramenti sacramentũ in se formaliter sumptũ &.ss.& hmõi que gratis conferuntur a deo & gratis a creatura conferri debent/nã si dñs est largus seruus nõ debet esse tenax.& istud uendi seu trafficari nõ solũ diuine legi repugnat/sed etiam ipsi nature rei cum entis spiritualis ad corporale infinita sit distantia & rei spiritualis ad corporalem nulla uideatur esse retributio congrua/sit insuper papa creatura rõnalis & diuine legi & ipso deo cuius uices ꝑiter in terris subiectus hac labe simoniaca papa si talia uẽderet aut uellet uendere condẽnaretur & grauiter peccaret sicut & quicunq alius/quia nec diuinarum gratiaꝝ est ipse conditor nec sacramẽtoꝝ institutor/licet bene dispensator & uſis minister sit istud tñ non aufert eidem legis diuine obligationem/& ꝑm Inno.in.c.quotiens de simonia/ꝙ qñ dicitur heresis simonia capiẽ isto scdo modo & non aliter nisi large seu largissime capiendo heresim nec pro tali crimine potest deponi.S. ꝑ simonia scdo modo sumpta prout inferius suo

loco latius deducetur/Si aũt in aliquo enormissimo & notorio crimine totam ecclesiam scandalizante esset pertinax & obstinatus & penitus post debitas monitiões ut dictũ est supra & simpliciter in corrigibilis comperiretur secus esset quia in tali casu non aliter q̃ propter heresim ꝓprie sumptã q̃ ex eo incurrisset posset ꝑm aliquos iudicari quibus in hac parte(salua eoꝵ reuerẽtia)nequaq̃ assensio/quia talẽ casum formalem heresim in se nunq̃ probabunt & eo mõ presertim quo loquor de heresi in proposito/& puto sic intelligi ille textus ualde notabilis & cõis.s. si papa .40.d. & sic etiã intelligunt doctores sancti & potiores expositores eiusdẽ/ & hoc prouenit fortasse in illis ex ignorãtia moralis & theologalis scientie/ quia non recte distingunt inter uitium & uitium/ & lepram & lep. quia inter hec est distinctio & specifica & sicut maximus error esset asserrere gulã formaliter fieri posse inuidiam/ uel auaritiã omicidium/ sic in proposito peccatum quodcunq; contra mores bonos & nõ directe contra fidem sicut talis incorrigibilitas posse in se & formaliter fieri heresim uel in grauitate equari illi est impossibile Et ideo inquisitio iuridica nõ sic procedit cõtra incorrigibiles ĩ quibusuis aliis criminibus sicut facit aduersus hereticos quos tradit curie seculari igne& cito cõburẽdos.(& iterũ pasce illoꝵ loquar)q cũ magno uerborum strepitu;& processu prolixo multa folia & cartas occupantes / nituntꝰ probare ꝙ nec probabile esse uidetur/ꝙ duo formaliter specie distincta/ propria & formali ratione in altero permanẽte/ unũ fieri aliud/ uel ut asinum posse fieri capram etiã per diuinam potentiã. Vñ isti tales uolunt plus sapere q̃ deus de potentia ordinaria põt facere / sed de his latius infra dicetur. Itaq; simonia secundo modo sumpta licite põt cõmitti a papa & ut prefertur. ¶ Pro quo sciendum est ꝙ heresim capimus in proposito quadrupliciter.s.largissime/large/ proprie/& propriissime siue strictissime/ ꝓut uario modo locuntur doctores de ea quia er

rare facit a lege uel preuaricatur aliquis eam per aliquem actum uenientem cõtra precepta decalogi uel ecclesie per quem auertitur hõ a deo bono infinito & conuertitur ad bonũ infinitum sic incurrit heresim quicunq; peccans mortaliter / nã si cũ ea desce

deret dāpnaretur eternaliter/ & sic quodlibet peccatū mortale dicitur heresis primo mō. Secundo modo dicitur heresis oīs iniuria uel uiolentia facta rei sacre uel spirituali aut alicui sacramento/& sic capit Aug.23.q.4. qñ dicit forte in populo dei stat iuxta te auarus uel raptor quē nosti talem & infidelis est a fide sacramentoꝝ deuius/nō tamen potes eū de eccl. pellere ꝑ heresi. Tertio mō capit idē Aug.24.q.3. in .c.qñ dicit.n.heresis siue hereticus est qui alicuius tp̄alis & maxime glorie principatus sui gratia falsas ac nouas opinionee uel gignit uel sequitur nō tamen in cōtemptū fidei uel sacramētoꝝ pro quo nota .c. cū oēs.1.q.1. Quarto mō heresis est puodlibet peruersum dogma contrariū directe fidei ꝙ quis pertinaciter nutrire uel defendere in eccl. nitiť/ & uult eā & sic capit eā .b. Tho.in.2.se.q.11.ar.2. & propter istā solū pōt papa iudicari ut.79.di.c. siquis & qui non recipit ptinaciter sancta quattuor Consilio/uel aliquē de articulis fidei in simbolo expressum/ut est bonus tex. in.l.fi.C. de sum. tri. ¶ Et rōnes ante opositū. Prime quattuor ꝓcedunt de heresi/ secundo mō sumta & non de aliis & qm̄ Papa est dn̄s absolutus &c. Ad quintā diciť ꝙ licet xp̄s nō fecerit.Hoc prouenire potuit ex duobus. Primo quia non aderet materie. Et non dum nec talia officia nec benefitia erant instituta/tum secundo quia nō indiguit nec tales casus ocurrerunt qm̄ non dum erat auctus numerus fideliū sufficienter/ nec ita quo ad dignitates ecclesiasticaꝗ bona ita non erat ecclesia apostolica exaltata/ propter ꝙ nec Petrum hoc fecisse legimus. tum etiam tertio qua sacerdotes templi non credebant in eum/ imo congregati sunt principes sacerdotum & seniores templi contra ipsum quē secundum apostolum si cognouissent eum esse deum non crucifigissent eum /& auctoritas adducta in opositū/ intelligitur circa ea que cōcernebant obseruantiam diuine legis & preceptorum ipsius. Orabat xp̄s ut ipsis daret exemplū oradi. Vnde documentū summimus ut ad reprimendū carnis desideria & eiusdem cottidianum stimulū debeamus orare & uigilare & ad hoc ortatur nos ecclesia in cōpletorio dicēs fratres sobrii estote & uigilate in orationibus/ & ideo instāte hora passionis dixit/ uigilate & orate &c. Vnde multa

Christi l3 potius admirari q̃ immitari sicut condere legem & sacramenta instituere uel facere miracula propria uirute ieiunare quadraginta diebus sine cibo sicut ipse fecit & sic de multis xp̄i operibus que licet potius admirari q̃ immitari. Nec uniuersaliter est uerū illud q᷑ agitur a prelatis facile traditur a subditis in exemplū/nam dn̄ari & preesse est p̄latorum subici uero & obedire est subditorū/& sic papa facit illud & pōt rationem dn̄ii supradicti q᷑ non habēt subditi/ ideo non facile tradi debet a subditis in exemplū/& si scandalum patiant̄ stantibus predictis hoc est passiue & nō actiue. Dicendū est illis sicut xp̄s dixit Petro dicenti ei. Scis quia scandalizati sunt audito hoc uerbo &c. Cui r̄ndit xp̄s sinite eos quia ceci sunt & duces eoꝝ. Ceci quia non uidēt neq̃ prespiciunt supremi dn̄ii Ro. Pont. sublimitatē. Scandalum aūt passiuū non est uitandum ꝯm Hiero. propter ueritatē sane doctrine & sanctitatem uite. Vn̄ satis puersum est in subditis q᷑ etiā malam uitā prelatorum suoꝝ immitari contendunt. Nam si prelatos tuos & superiores tuos (in quibus non minor substantia dignitatis ideo persistit) sese in fluuium percipitari/fatuus enim & stultus eris si ipsos prosequaris imiterisue. Si ergo in malis corporalibus ipsis assimilari renuimus longe magis sp̄ualia quidē mala que ī ipsis q̄nq̃ prespicimus (quia ibi cautius est agendū ubi de aīa agitur) magis ac magis fugiamus dignū & iustū ē nam ea facere sensere debet quilibet quandoquidē bona aīe longe meliora sint q̃ ipsius corporis alimēta. Et hec dicta sufficiant de isto Correl. ut imitemur que bona sunt mala aūt foras mitamus / ac diuino iuditio relinquamus/ubi de factis propriis & non alienis summus utiq̃ reddituri strictā rationē/& unus q̄sq̃ ante tribunal xp̄i ꝓpriū onus portabit Et loripedem rectus/ derideat ethiopem albus.

¶ Circa scd̄m Correlariū quarte conclusionis.

Pono istam propositionem fundamentalem bimembrem & dico cum egregio doctore Aug. de Ancona qui in summa sua tenet/ quam fecit de potestate ecclesiastica. s. per simoniam scd̄o modo sumptam pape electio nō pōt uiciari sic q᷑ p ip̄m sit papa depo-

nendus. Secunda pars est ꝙ electio Ro.Pont.non debet si-
cut alie examinari deinde inducam inconueniens maximũ
ꝙ sequeretur in Correlario contentũ .s. secus fieret/pecuniã
tñ interponere illicitum& pctm̃ est/non tñ ipsam electionẽ
eneruans aut uicians·Prima pars probatur electus a duabus
partibus Cardinaliũ absq; ulla exceptione sum.Pon. existit
ergo per simoniam non est ideo deponendus.ꝯña nota est.
quia dixit sine ulla exceptione/añs uero est textus expressus
in.c.licet extra eo.ti. Dico tñ ꝙ electio hmôi potest tribus
mod:s impediri. Primo ex parte electi ut si sit notorie here-
ticus heresi tñ quarto mõ sumpta sic ꝙ manifesta uotorieta
te hmôi heresis non indigeret clamore accusatoris. Vnde
ipso facto talis esset depositus/quia ipse solus habet de he-
resi iudicare & determinare/ut alias dicetur.Et qm̃ talis ele
ctio nõ caderet super materia debita. Et confirmatur ista rõ
per illum tex·sepe allegatum/si papa.40.di. ex parte cause
ipsius forme utpote si esset electus a paucioribus q̃ duabus
partibus Cardinaliũ/tunc enim nisi maior concordia inter
cesserit nullatenus est assumendus in Ro.Pont. quod patet
per dictũ.c.licet eo.ti.&.69.di.Tertio uitiatur ex parte cause
agentis .s. eligentium ut si intronizaretur per seditionem
& per potentiam laycalem/talis autem ne dum non est ut
apostolicus habẽdus sed ut inuasor & destructor totius xp̃i
anitatis & perpetuo anathemate cum suis auctoribus & cli-
entulis conciliariis & fautoribus sequacibusq; cunctis here
ticus esset.Et bene notatur in.c. in nomine dñi.23. di.
Et si dicatur contra ponatur casus ꝙ eligatur aliquis extra
Collegium qui sit coniugatus & intronizetur/posito tñ ꝙ
haberet mulierem quam realiter crederit mortuam esse/ &
mulier uolo ꝙ petat debitũ.Dicitur ꝙ debet mulier in hoc
casu hortari ad perpetuam cõtinentiam/ubi aũt nollet nec
cõmode fieri aĺr posset tenetur sibi reddere debitũ/ quia cõ
tinentia clericoꝝ est de iure positiuo.Verum quia antiquis-
sima & laudabilis ecclesie consuetudo hec nõ admittit san-
tius esset papãtui potius renuntiare dicta muliere petente &
omnino debitum requirẽte/sed de his magis diceť in quot
libetis/& talis redditio debiti est de iure naturali & diuino/
& ꝙ deus coniungit sic/homo nec papa ipse seperare non

potest. Verum si scandalizarentur in hmõi restitutione debiti/dico ꝙ esset scandalum passiuum & nõ actiuũ. Sed contra/heresis uitiat electionem talem sed simonia est heresis/igitur. Distinguit maior uel heresis primo aut scdo uel tertio modo captis/& sic negatur uel quarto modo & sic conceditur. Et nota ꝙ etiã ẜm dictũ doct. si electio fieret in terra interdicta propter legittimam causam nõ esset propterea mittenda preterea potest dici ꝙ papa cõmittit simoniã sed non cõmittit simoniam papa nam in prima appellat & dicit illum Card. aut alium qui est uel erit papa/ in secũda uero alr appellat dicit illic posse cõmittere simoniã qui iã formaliter est papa ꝙ non est uerum ut supra probatum est/ & istud est in ui appellationis propter quam logici admittunt istam prolatam ab aliqno qui uerberauit tpe pueritie illum qui nunc esset papa & nõ tunc/tunc ista est uera papam uerberari sed hec est falsa uerberaui papã / quia in prima appellat ipsum sine papatu/in secunda uero cũ papatu uel sub forma papatus. Vnde posito ꝙ aliquis electus ad papatum cõmittet simoniam in ipsa electione/quia non dum erat papa Iste due stant simul/papa cõmisit simoniã & nullam simoniam cõmisit papa/sed de istis subtilitatibus parum curant iuriste/ideo pronunc transeo ad ulteriora/ dicendo ꝙ in rigore logices/& in tali casu cõmuni ꝙ nullam cõmisit simoniam papa. Sed contra secundã partem predicte propositionis fundamentalis/arguitur sic. Christus examinauit Petrũ ergo electio pape est examinanda/añs patet Io.21.&.23. di. .c.qui eṗs/ꝯña nota esse uidetur/quia papa est successor ipsius Petri. Rñdendo negatur ꝯña/nã ẜm Aug. super dicta examinatiõe/ideo Christus examinauit Petrũ de trina dilectione/quia trine negationi eius uoluit ꝙ trina confessio responderet/non igitur ex hoc sequitur ꝙ debeat fieri examinatio/nisi fortassis a Christo solum/quam habet solum superiorem in terris/& non ab aliquo neqꝫ a Concilio in eis cuius quidem iuditia nobis & innotissima & abissus multa & ideo istud remittendum esset deo iudici quem nullum latet secretum & apud quem nulla est uicissitudinis cõmutatio/& qui nõ uoluit alium preter ipm papam nõ habere ĩ terris superiorem nisi ab eodẽ per heresim strictissime sum-

ptam & manifestam esset alterius. Et nota ꝙ quando dico in processu huius operis papam propter heresim posse iudicari & depoui/intelligo semper de heresi quarto mō sūpta
❡ Secundo probatur secūda pars predicte ꝓpositionis fundamentalis sic/illa electio nō pōt examinari/ cui nō potest aliquam exceptionem fieri/ sed electio pape est hmōi/igit. ꝯña patet/minor uero probatur per dict .c. licet extra codē titulo.& confirmatur/quia qui totū eximit nihil exceptiōis dimittit/ꝙ intellige nisi heresis sit (ut prefertur) capta. Nota tñ ꝙ multipliciter aliq̄ electio uenit examinanda. Primo ex parte cause efficientis.Secūdo ex parte forme. Tertio ex parte materie. Dico igitur ꝓ primo modo ipsi electores q sunt causa efficiens hmōi electionis debent acuratius & maturius ac studiosius ipsam electionem & circa formā & circa materiā examinare q̄ quicūq; electores/ primo circa materiam quam requirunt bene dispositam .s. ut personā eligant ydoneam pro regimine totius ecclesie.&c. Secūdo ꝙ seruetur forma in iure tradita / & ut predictū est/ nam sicut sacramenta requirunt determinatā materiā & formā/sic electio pape/& sicut ipsa materia & forma sacramentoꝝ non pōt ab aliquo nisi Christo alterari sic nec pape electio predicto modo facta a nullo pp nullū crimen potest uiciari nisi ob heresim(ut sepe diximus)& semper ipsā quarto modo sumptam exceptā habere uolumus quando dicimus ꝙ pp nullum crimen potest papa deponi aut in terris iudicari. Preterea si electio pape esset examinanda hoc esset maxime per superiorem/sed nullum habet talem in terris/ igitur. Et confirmatur / quia sicut se habet spirituale ad materiale si quodamodo se habet papa in ordine ad subditos. Sed materiale naturaliter non agit in spirituale examinare est agere/ergo non potest a subditis examinari/& confirmatur per Apostoli sniam quia spiritualis homo omnia iudicat & ipse minime nisi a deo qui est spiritus iudicatur & examinatur iuxta illud eiusdem Apost.1.ad Corrinth.2.animalis homo non percipit que sunt spiritus dei quia spiritualiter examinatur/istis igitur partibus predicte fundamentalis ꝓpōnis premissis pro lucidiori deductione dicti inconuenientis dendum est quid per claues & per caput & per corpus misti

cum iportetur. Per claues aūt quantū sufficit in proposito intelligitur duplex ptās .s. spiritualis & tpalis quā sup oēs habet ipse papa ut dictum est. Intelligitur etiā ptās ordinis & iurisdictionis quinimo incollatione istarum clauium fuit data Petro &perconsequens cuilibet successori suo facultas claudendi celum & aperiendi/ dicente xp̄o eidē/ tibi dabo claues regni celorum. Et licet denominēt a nobiliori effectu .s.a celorum apertione/nihilonminus inferni porte per ipsas aperiuntur per censuras suas iustas, & clauduntur per absolutionem a peccatis. Vñ xp̄s subiungit & porte inferi non preualebunt aduersus te. Manifestū est aūt/ q̄ iste claues nō conferunt nisi uero & indubitato pape. Vñ bene sequitur demonstrato aliquo sic per simoniā electo hic non est papa ergo hic non habet ptātem claudendi & aperiendi celū uel infernum. Vel sic iste non habuit claues/ ergo non potuit aperire celum nec cludere infernum/ p3 ɔña adestructione superioris adestructionē inferioris negatiue. Sicut bene sequitur non est aīal istud/ ergo non est capra. Similiter iste non mouetur /ergo nō currit/ nec datur instātia. Sed caput dicitur dupliciter.s. comuniter & proprie/secundū q̄ communiter accipitur/aut dicit enim solam excellētiā perfectionis/ & hoc mō oē q̄ est perfectissimum in quacunq; natura dicitur caput/ sicut leo inter bruta aīalia/ ut dicit solam rationem principii & hoc mō oē principium uie dicitur caput sicut fons est caput & origo fluminum. Sc̄dm aūt rōnē principii tota trinitas dicitur caput xp̄i/ ſm q̄ homo ut habet ex auctoritate illa .i. ad Cor.ii. caput xp̄i deus / modo Iy deus non supponit pro sola persona patris sed pro tota trinitate/ a qua sicut ab humanitate xp̄i oīa bona deriuant & cui humanitas xp̄i subiicitur Et quia tota ipsa trinitas in accione ipsius concurrit(qm̄ opera trinitatis adextra ſm .b. Aug. & ueritatē sunt indiuisa) Dicitur etiam isto modo & totius eccl. caput quia ab ea omnis influentia boni descendit & emanat. Secundo modo dicitur caput proprie prout cū rōne principii dicit conformitatem nature cū eo cuius dicitur esse caput / & sic non pater nec spūs sanctus nec tota trinitas sed solus filius dicitur esse eccl. caput quia ipse solus incarnatus est .s. Iesus xp̄s factus homo similis

